

www.e-rara.ch

Geōponika =

Cassianus, Bassus

Lipsiae, MDCCLXXXI [1781]

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 7417

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-29029>

P. Needhami prolegomena, de Geoponicōn collectore, et auctoribus quorum excerpta asservantur, cum observationibus I. N. Niclas.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20^e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

P. NEEDHAMI

*PROLEGOMENA,

de Geoponicōν Collectore, et Auctoribus
quorum Excerpta asseruantur,
cum observationibus

I. N. NICLAS.

Acriter contendunt Viri Eruditi, et variae iam prolatae sunt coniecturae, de *Eo*, quicunque tandem fuerit, qui tot *Veterum de Re Rustica* Scriptorum excussit commentarios, et in vnum hocce Γεωπονικῶν volumen redegit. Vulgo quidem circumferuntur, et a plurimis Politioris Literaturae scriptoribus saepius laudantur, sub nomine *Imperatoris Constantini Pogonati*; cuius erroris *Ianum Cornarium* ¹ vno ore omnes infimulant. Alii vero, quibus annumerandus est Vir egregius *Gerardus Ioannes Vossius* ², *Constantino Pogonato Geoponica* abiudicant, et *Constantinum Porphyrogenetum*, *Basilii Macedonis* Nepotem, illa collegisse acriter contendunt; vnica ista forsan ratione freti, quod Anonymus quidam *Graeculus*, in *Geopon. Prooemio*, *Constantino Imperatori* hisce verbis fausta precetur; — Ἀλλ' εὐτυχοίης, ᾧ δικαιοτάτῃ Δέσποτῃ Κωνσταντίνῃ, τὸ τεργὸν τῆς πορφύρας

* Prior pars vbi de Collectionis huius auctore disceptatur, ex *Io. Alb. Fabricii Decade Decadum, suae Plagiariorum et Pseudonymorum Centuria Lips.* 1689. huc derivata est. *Conf. Ej. Opusculorum Sylloge Hamb.* 1738. 4. p. 102. et *Biblioth. Gr. Vol. VI.* p. 501.

1. Vid. eius *Praefatio* sub finem.

2. De philosophia c. 6. 23. Huic iungatur aeternum illud Germaniae atque doctrinae decus, *H. Conringius*, cuius praef. ad *L. XX.* caeteris subieciimus.

ρας ἀπάνδισμα, etc. Quasi τὸ τερπνὸν τῆς πορφύρας ἀπάνδισμα Porphyrogennetum istum κατ' ἐξοχὴν designaret³. Vossio succinit Henr. Valesius in Praefatione in Excerpta Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damasceni, etc. hisce verbis: Primum itaque (Constantinus) optimorum scriptorum in omni doctrinae genere exemplaria, quae iam tum ob frequentes Barbarorum excursus crebrasque urbium vastationes rariora erant, undique conquisivit, iisque Palatinam bibliothecam instruxit, non magis Principis ipsius, quam publico omnium vsui dicatam. Deinde cum tanta tamque immensa librorum moles plerosque a legendo deterreret, Ipse, ut Principem decuit, singulorum utilitati ac compendio consulens, Auctores omnes, qui idem argumentum tractauerant, in unum compegit corpus, reiectis superfluis, ac selectis ex unoquoque Scriptore iis locis, quae quisque elegantissime tractauerat. Tales sunt Γεωπονικῶν libri a Constantino nostro collecti, ut titulus ipse et Argumentum iis libris praefixum demonstrat. Tertio ordine statuuntur Isti, (e quorum numero, si Vossio⁴ fides, Brodaeus, et Antonius Mizaldus

3. Certe idem Constantinus in Peirescianis Excerptis Argum. L. I. similiter ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος appellatur. Sed haec quidem ratio, ut non est nulla, ita haud est vnica. Praecipua haec est, quod laudes, quae Constantino ibi tribuuntur, reliquae, in hunc vnice cadunt. Hoc itaque certum est, appellari ibi Constantinum VII. ab conditore huius operis, cui illud dicat. At falso inde colligitur, eum ipsum illud condidisse; cum tantum auctor et impulsor fuerit: quemadmodum eiusdem auspiciis alia huiusce modi opera similiter contexta sunt. Nam praeter Excerpta Valesiana et Veterinariae Medicinae duos libros, Medica praecepta extant,

eius iussu a Nono collecta, et Synopsis artis medicae, eiusdem consilio ab Theophane ex Medicorum scriptis congesta, eidemque inscripta, de qua Fabric. B. G. Vol. VI. p. 493. item Anonymi liber de diaeta, de quo Cangelius ad Zonaram p. 102.

4. l. d. ubi sic: Siue eos collegit Vindanius, — siue Dionysius Vticensis, ut videtur velle Brodaeus. Quanti erat addere, ubi hoc dixerit? Locum quem in Miscellaneis diu multumque frustra quaesueram, non inuenissem, nisi ipsa fortuna illum mihi indicasset: Annotatt. in Q. Calabriae p. 205. Alii terram nigram ab his vocari tradunt, quod quae optima est, pullo sit ac nigrescenti

du^s Montucianus) qui *Cassium Dionysium Vticensem*
Γεωπονικῶν Collectorem fuisse falso contendunt: praeter
 enim ingens istud temporis intervallum a *Dionysio* ad *Ap-*
syrum, sequioris longe aetatis scriptorem, plurima sunt
 in *Geoponicis*, quae recentius aliquid spirant, quam sty-
 lum, aut aetatem, *Dionysii*. De quo paucula ista no-
 bis reliquit *M. Terentius Varro* Lib. de *R. R.* primo:
Hos nobilitate Mago Carthaginienſis praeteriit Punica
lingua, quod res dispersas comprehendit libris duodetri-
ginta, quos Cassius Dionysius Vticensis vertit Libris vi-
ginti Graeca lingua, et Sextilio Praetori misit, in quae
volumina, de Graecis libris eorum quos dixi, adiecit non
pauca, et de Magonis dempsit instar Librorum octo.
 Quantum vero locum occupant, qui, cum *Har-*
duino

ſcenti colore, a Plinio quidem,
Dionysio Vticenſi, (conf. 2, 9. 1.)
ac Caſſio medico nunquam ſatis
laudato.

5. In epistola, qua *Secreta hor-*
torum Francisco Olivario nuncu-
 pavit: Qui (*Magonis libri*) a
Cassio Dionysio Vticenſi libris vi-
 ginti *Graeca lingua* tandem trans-
 lati, et *Sextilio Praetori* miſſi,
 ut testantur *Varro* et *Columella*,
 hodie *Constantino Caesari* falso
 aſcribuntur. Nemo autem hanc
 ſententiam vel acrius defendit,
 vel magis ornauit, quam *Sul-*
pitius Sapidus in praefatione *Geo-*
ponicis praefixa, quibus hunc ti-
 tulum fecit: *Cassii Dionysii Vti-*
cenſis de Agricultura Libri XX.
Deſyderati diu, et falſo haſſenus
Constantino Caef. adſcripti. Iano
Cornario Medico interprete. Lug-
duni apud Antonium Vincentium
 1543. 8. Epistolam ipsam reli-
 quis *Dedicationibus* hic subiun-
 ximus. Quam ſententiam *Plac-*
cius quoque amplexus eſt, de

Scriptor. Pſendon. p. 195. vbi et
 alios eidem addiſſos cognoſces.
 Cui *I. A. Fabricius Centur. pla-*
giar. p. 104. Opuſc. Sylloges haec
 oppoſuit: „*At induci non poſſum,*
 „*ut eos, quiqui Dionysio ea adſcri-*
 „*benda exiſtimant, vel vnum in*
 „*iis verſum legiſſe credam, adeo*
 „*omnes paginae illi opiniononi refragantur.*
 „*Nam ut praefationem*
 „*omittam, neque memorationem*
 „*Constantinopoleos obſiciam, quod*
 „*tamen urbis nomen aliquot demum*
 „*a Dionysio ſeculis obtinuit, ple-*
 „*rique omnes auſtores, qui in edi-*
 „*tis XX libris allegantur, non Ma-*
 „*gonis duntaxat et Dionysii, ſed*
 „*Varronis quoque aetate longe mi-*
 „*nores ſunt, ut ex ſubiecto auſto-*
 „*rum elincho quiniſ videre poteſt.*
 „*Et vbi ſunt in noſtris Geoponi-*
 „*cis, quae Varro, Plinius, et*
 „*Athenaeus ex Dionysii Georgicis*
 „*allegant? Ineptus omnino vide-*
 „*ar, ſi in hac opinione reiſcienda*
 „*longius temporis ſpatium inſu-*
 „*man.*“ *Bodaeum* poſthac ad
Sapidi praefationem audiemus.

duino ⁶, arbitrantur, viginti hosce *Geoponicorum* Libros eosdem esse ac *Georgicos* istos *Commentarios* a *Vindanio Anatolio Beryto* collectos, quos *Photius* se legisse profitetur in *Myriobiblo* *Tmem.* 163. quod totum exscriptum dare non erit ἀπροσδιόνυσον. Οὐνδανίς Ἀνατολίς Βηρύτης Συναγωγὴ Γεωργικῶν Ἐπιτηδευμάτων ἐν τόμοις ιβ'. Ἀνεγνώθη Οὐνδανίς Ἀνατολίς Βηρύτης Συναγωγὴ Γεωργικῶν Ἐπιτηδευμάτων συνήθροισα δὲ αὐτῶ τὸ βιβλίον ἐκ τῶν Δημοκρίτης, Ἀφρικανῆς τε καὶ Ταραντίνης, καὶ Ἀπελλῆς, καὶ Φλωρεντίς, καὶ Οὐάλεντος, καὶ Λέοντος, καὶ Παμφίλου, καὶ δὴ καὶ ἐκ τῶν Διοφάνους Παραδόξων. Τόμοι δὲ εἰσι τὸ βιβλίον δεκαδύο. Χρήσιμον δὲ τὸ βιβλίον, ὡς καὶ διὰ πείρας αὐτῆς ἐπὶ πολλῶν εἶδομεν, πρὸς τὰς κατὰ γῆν ἐργασίας, καὶ τὰς γεωργικὰς πόνας, καὶ χεδόν τι χρησιμώτερον τῶν ἄλλων, ὅσοι τῆς αὐτῆς αὐτῶ πραγματείας ἤψαντο. ἔχει δὲ ὁμῶς ἑνία καὶ τῆτο τὸ βιβλίον τερατώδη καὶ ἀπίστα, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης ὑπόπλεα· ἃ δὲ τὸν εὐσεβῆ γηπόνον ἐκτρέπομενον, τῶν λοιπῶν συλλέγειν τὰ χρήσιμα. Καὶ οἱ ἄλλοι δὲ, τῶν τὰς γεωργικὰς πραγματείας συγγραψαμένων, χεδόν τι τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν, ὅσα ἐμὲ εἶδεναι, ἀποφαίνονται, ἐκ ἐπὶ πολλοῖς δὲ διαφωνῶσιν· ἐν οἷς δὲ διαπεφωνήκασιν, ἡ τῆς Λέοντος πρὸ ἄλλων προκρίνεται πείρα. Quorum hic est sensus: *Vindanii Anatolii Beryti Collethaneorum de Agricultura Lib. XII.*

Legi Vindanii Anatolii Beryti de Agricultura Collethaneae: Conflatus autem hic ab eo liber est e Democriti, et Africani, et Tarentini scriptis, Apuleii quoque, et Florentii, Valentis, Leonis, Pamphili, tum vel maxi-
me

6. In indice Aulorum praecipuorum qui in Plinianis notis citantur, illustrantur, emendantur T. I. praefixo, ubi ad Geoponica haec: Horum auctor videtur esse Vindanius Anatolius, ex Photio in Biblioth. Cod. CLXIII.

Quam coniecturam Fabricius l. l. dissolvit, cuius argumentis usus est Needhamus, omisso tamen primo: Berytium Constantino Porphyrogeneto, cui dedicata sunt Geoponica, longe fuisse antiquiorem.

me ex Diophanis *Paradoxis*. Opus duodecim absolvit Libris; utile sane, ut ipsa nos experientia in multis docuit, ad terram extolendam, laboresque rusticos, quin fere caeteris utilior hic liber, quotquot in ea ipsa re elaborarunt. Continet tamen nonnulla prodigiis similia, fidemque excedentia, et Graecis referta fabulis; quae praeterire pium decet Agricola, caetera, quae usui futura sint, arripientem. Et vero alii omnes, qui de R. R. scripserunt, eadem fere de iisdem, quantum videre potui, prodiderunt, neque in multis adeo dissentiunt. Quibus autem inter se dissident, in his Leonis experimenta caeteris anteponuntur omnibus. Mihi interim coniectura ista minime arridet, tum ob discrepantem Librorum numerum, in Geoponicis viginti, in Photio duodecim tantum; tum quod Vindanionius, Anatolius, et Berytius, quasi tres diversi scriptores, sigillatim in Geoponicis ⁷ laudentur⁸.

Vltima

7. Vid. *Argum.* 1. 1. et index Auctorum.

8. Nondum finis est errorum. Scilicet quum Codices Geoponicorum plerique sint ἀδικοτοι, scioli auctores finxerunt per libidinem. Alii retulerunt ad Florentinum, cuius de plantatione et agricultura liber in bibliotheca haberi Vaticana dicitur apud *Conr. Gesnerum* et *Ioach. Camerarium de rerum rustica* f. 44. et alios. Cui errori forte ansam dedit ratio quorundam citandi Geoponica. Velut *Franc. Redi* de generat. insect. p. 67. Iuba *Lybiae* Rex apud Florentinum lib. XV. institutionum Agriculturae, attributarum Constantino Pogonato Imperatori, vitulum in arcam ligneam includi voluit. Cui *Placius* l. d. iniuriam facit, illum in eorum numerum congregans, qui *Georgica* Florentini esse censent. Scilicet hoc caput ipsum

Florentini est, cuius nomen in fronte gerit. Vnde fama exorta est, superesse Florentini Geoponica. Eodem iure Geoponica nostra cessere *Heroni*. Sic enim *I. Camerarius* l. d. *Heronis de Agricultura liber*: in Vaticana Bibliotheca haberi dicitur, fretus forte *C. Gesneri* fide, cuius in Bibliotheca Eiusdem Geoponicum libri 20 sunt. Et ne dubites, etiam inter Codices MSS. bibliothecae Bodleianae p. 151. n. 2922. extant *Heronis Geoponica Graece* fol. quibus adhaeret Aliud exemplar Geoponicorum, Gr. Inde *Hallerus Bibl. Botan. T. II. p. 634.* quaerit: Quis est Hero, cuius Geoponica sunt in Bodleiana n. 2922. Graece scripta? Quis sit, *Needhami* praefatio declarat, ubi haec: Duos codices simul compactos in Archivis Bodleianis A. Num. 2922. diu quaesitos tandem reperi, rel. Sunt igitur nostra Geoponica, *Heroni*

Ultima autem sententia est, *Geoponica* a *Cassiano Basso* cognomento *Scholastico* collecta fuisse: quam *Viri* plurimi *Eruditi* iudiciis suis iamdudum comprobarunt, et etiamnum tuentur; quorum primus, Vir haud infimae Notae, *Hadrianus Iunius*, qui in *Animaduersis Lib. 1. Cap. 20.* ista profert; *Auctor* Graecus τῶν Γεωπονικῶν, siue de *Agricultura*, *Cassianus Bassus Scholasticus*, (is enim eorum collector fuit, non *Constantinus*) *rationem refert*, etc. — Porro *Animadv. Lib. 6. Cap. 1.* *Cassiani* sine dubio esse contendit: Sic (inquit) *Cassianus Bassus Scholasticus*, qui ex *Rei Rusticae* scriptoribus opus *varium* (cui Γεωπονικὰ ab *agriculturae studio* nomen est) *concinnavit, filioque dedicauit, nunc Constantini nomine obscuratus legitur.*⁹ Idem etiam suadet *Ioachimus Camerarius*, in *Catalogo Auctorum Rei Rusticae*: *Zoroastris* nescio cuius multa in *Geoponicis* citantur, quae *Cassiani sunt*, non *Constantini*.¹⁰ *Camerarii* iudicium calculo suo comprobat *Doctiss. N. Rigaltius* in *Praefat. ad Ἰερανοσόφιον*, sub *Demetrii* nomine *Parisiis* editum *A^o. MDCXII.* Ecce (inquit) *libros viginti Geoponicorum Cassiano Basso, ad quem Hierocles mulomedicus scripsit, plerique Viri doctissimi tribuunt.*¹¹ *Gesnerus* in *Bibliotheca*: *Cassiani Bassiani* (male pro *Bassi*) *Liber vetustissimus MS. dicitur apud Monachum quendam in Italia latere,*

roni fraudulenter supposita. *Talem* codicem *Philander* quoque tractasse videtur, qui sic ad *Vitruv. 2, 9. pr.* commentatur: *Constantinus, siue qui eius nomine viginti, ut diximus, de re rustica libros concinnavit, et Heron, qui ante illum totidem scripsit, uterque libro III. tradit e. i. p.* Idem accidisse *Gyraldo* puto, qui saepius *Heronis* meminit. Vid. *Fabric. B. G. Vol. VI. p. 504. sq.* *Error* praebuisse videtur, quod *Geoponicorum* codices quidam ab reliquis non nihil discrepant, ut-

pote breuiore ac concisi, interdum etiam verbis differentes. Sunt et, qui *Constantinum M.* *Geoponicorum* auctorem ferant: sed hos prooemium, et silentium *Eusebii* coarguunt.

9. Eidem tribuit in *Adagiis* p. 164. Vide paulo post, n. 14.

10. Et iterum f. 46. *Constantini* nomine *Geoponica* edita. Est autem auctor *Bassianus*. (I. *Bassus*).

11. Idem ad *Artemidorum* p. 30. *Didymus* in *Geoponicis* collectis a *Cassiano Basso Scholastico*.

latere, putantque eundem esse, qui nunc Constantini Caesaris nomine de Agricultura circumfertur. Barthius item in *Adversariis* Lib. 21. Cap. ultimo: *Historia est apud Cassianum Bassum (seu quicumque tandem est) Geoponicōν Lib. 11.* Huic succinit *Cl. Salmasius* in *Solin. Libri XII. Geopp. Cap. 1.* titulum recensens Pag. 1269. B. [896. D.] Quae (inquit) ipsius Cassiani sunt earum *Εκλογών* Collectoris, qui eas alicui Constantino Porphyrogenetae dicavit.¹² Vid. etiam *Bapt. Portam* in *Prooemio Villae*. Cui suffragatur *Bodaeus* a *Stapel* in *Theophrastum* pag. 12. Recentiores Graeci, inter quos *Geoponicōν* auctor *Cassianus Bassus*, quem *Alii Constant. Caesarem* falso appellant, — etc. —¹³ Reconditoris autem *Litteraturae Antistes Ger. Ioan. Vossius* *Cassiani* meminit, Lib. 1. de *Historicis Graecis* Cap. ult. ubi de *Didymo* Grammatico agens ista habet: *Nec pauca Didymi legas in singulis Geoponicorum libris, quos Dionysius Vticensis, aut Cassianus Bassus Scholasticus collegit, et Constantino Caesari nuncupavit.* Et in Libro suo singulari de *Philosophia*, Cap. VI. sect. 23. de *Geoponicis* inquit; *sive Cassianus Bassus (collegit), ad quem Hierocles Mulomedicus scripsit.* Et in *Apuleii* vita, Editioni *Colvianae* praefixa, ista reperias; *Hunc eundem putem esse, quem Palladius Lib. de R. R. laudat, et e quo Cassianus Bassus Geoponicōν, quae Imper. Constantini nomine passim circumferuntur, concinnator multa descripsit.* Eadem plane scripta reliquit magnus *litterarum instaurator Erasmus,*

12. Idem *Prolegom. in Solin. p. 9.* Ex omnibus scriptoribus Graecis, qui de *Re Rustica* libros ediderant, *Cassianus Bassus* *Georgica* sua composuit, cuius *Εκλογών* hodieque extant *Constantino Porphyrogenetae* dedicata. Eodem *Cassiano Basso Scholastico* assignat idem *Plin. Exerc. p. 366.* De annis *climatis. p. 839.* ad *Theocriti Syr. p. 214.* (295. *Cren.*)

ad *Ius Attic. p. 370.* ex fide codicum *Pall.* pendens. Quem secuti sunt alii, velut *Th. Gatakerus* *Adversar. posth. p. 33.* (*Op. 445.*) et ad *Antonin. p. 86.* (*Op. 64.*) etc.

13. Et *p. 24. extr.* *Cassianus Bassus, quem Eclog. geoponicōν auctorem me dicere memini* etc. Et sic eum semper vocat, v. c. *p. 73. p. 110. etc.*

mus, ¹⁴ in *Adagiis* Pag. 1508. sub *Adag. Alaudae in nido* —. Citatur (inquit) a *Cassiano Basso Scholastico*, librorum, qui de *Agricultura* apud *Graecos* inscribuntur, collectore, hoc *adagium* Ἐν κορυδοῦ κοίτῃ σκολιῇ κέκρυπται ἄγρως. Apud idoneos insuper rerum aestimatores aliquid ponderis habebit Titulus in *Codice Barocciano* Libro secundo praefixus, et eadem qua *Codex* manu exaratus, Ἐκ τῶν περὶ Γεωργίας Ἑκλογῶν Κασσιανῆ Βάσσε χολασμῆ βιβλίον δεύτερον περιέχον τὰδε. ¹⁵ Satis autem *Mihi* perspectum futuros esse, qui oggerent, *Cassianum* nequaquam *Geoponica* collegisse, duo quippe *Capita* Lib. 5. sub eius nomine legi. ¹⁶ *Gerrae!* *Veteres* enim, prout

14. De *Erasmo* error est, quem *Fabricium* quoque propagare miror. Haec verba sunt *Hadr. Junii Adag. Cent. 3. n. 54. p. 164. (Froben.)* Viros doctos cepit *Adagiorum* editio *Hanouiensis*, quae studia plurium confundit indiscretim.

15. Eundem auctorem prae se fert etiam *Palatinus* secundus apud *Sylburg. n. 207. Cassiani Bassi* scholastici e rei rusticae collectaneis libri *XVIII. nempe a secundo usque ad XIX. inclusivae*: et libri *Gudiani, s. Gottorpiensis*, inscriptio apud *Fabric. B. G. Vol. VI. p. 502. Γεωπονικά ἐκ τῶν περὶ γεωργίας Ἑκλογῶν Κασσιανῆ Βάσσε χολασμῆ*. Sed rem plane conficit *codex Palatinus*, argumentum *L. VII. ita* constituens: Τὰδε ἔντες ἐν τῇδε τῇ βιβλῷ ὡς φίλτατε παῖ Βάσσε, ἡβδόμη μὲν ἀρχὴ τῶν περὶ Γεωργίας Ἑκλογῶν τῶν πατρῶν. Nempe fecit *Geoponicorum* architectus, quod *Cnidius* ille, qui aedificavit illam in *Pharo* turrim, *Sofratus*; qui *Regis* nomen testorio quidem, suum autem intus in ipsis faxis inscripsit. (*Lucian.*

quom. Histor. conscrib. extr.) — Hoc igitur tenemus: *Codices* ipsi aut plane sunt ἀδέσποτοι; aut auctorem exhibent *CASSIANVM BASSVM SCHOLASTICVM*. Et quid excipi possit non video. Post haec igitur testimonia cessabit, opinor, istud *Mausiaci* ad *Plutarch. de flumin. p. 194. (Op. T. I. p. 14.)* Nec adhuc constitutum est, quis *Geoponicorum* verus auctor. Nam de *Cassiano Basso* quod dicunt, non est verum, licet *Hierocles Medicus veterinarius* ad eum scripserit. Multo minus quae de *Vindanionio Anatolio Berytio*.

16. *Fabricius* his verbis notatur, qui *Centur. Plagiar. c. 100. p. 104. Huic sententiae*, inquit, adeo quod opponamus, non haberemus, nisi in editis *Geoponicis* *Cassianus* duplici vice allegaretur. Scilicet ubi aliorum diligentia eum vel destituerat, vel ei non satisfecerat, ipse de suo, forte ex illo libro, cuius 10, 34 meminit, defectum supplevit. At idem *Fabricius B. G. Vol. VI. p. 502. sic* argumentatur: Deinde *Cassianus si esset Geoponicorum,*

qualia

prout *Eruditis* nunc vsu venit, quoties *Aliorum* lucubrationes in vnum compingebant, Suas etiam interspersas propriis nominibus distingui et insigniri volebant. Qua vero natione¹⁷ oriundus, aut quo seculo¹⁸ inclaret *Cassianus* noster, non adeo liquet; *Hierocles* in *Hippiatricōn* Prooemio pag. 2. ceu egregium virum, nec infimi apud suos nominis, ita compellat; Ἀλλ' εἰ καὶ κατὰ μέγεθος ἡμῶς ἐτέρον τὰ νῦν ἐχθρὴν, ἐν τε δυναστεύοις παρέχων χρεῖαν τοῖς δεομένοις, καὶ σπερδὴν περὶ τὰν τὰς ποιῶν τὰς διατριβὰς, ἐν ἀτιμωτέον γε ὅμως τὴν σὴν ἀξίωσιν, ἀρετῇ βάσσει. Pearsonio Interprete: Etiam si nos alios potius audire hoc tempore oporteat, et in iudiciis copiam nostri postulantibus praeberē, atque his exercitiis operam dare; non tamen negligendum fuit, optime *Basse*,¹⁹ quod tu requiris. De suo etiam natali solo

Cas-

qualia hodie habemus, auctor et collector, atque se ipse de nomine allegasset, certe allegasset frequentius quam bis, si quidem de eodem argumento scripsisset se voluisset ostendere, et maioris momenti observationes e libro suo produxisset. Sed hoc non est consequens. Auctor noster optima quaeque voluit colligere, et vna dare. Igitur ubi alii rem bene gesserant, in eorum stat sententia. Deinde vero ipse suam omnino saepius interposuit quam bis. Huc referantur ea loca, ubi *Bithyniae* meminit, si non omnia, certe pleraque, de quibus statim. De se etiam auctorem nostrum 10, 34. loqui, ipse *Fabricius* agnoscit in *Decade* *Decadum* c. 100. Illius etiam est 12, 1. et longa observatio 10, 2. 4. ad finem. Itaque ipse satis saepe loquitur: sed modestiae studens, non nisi bis nomen suum posuit ab initio capitis vnius alteriusque. Verbo, hae ratiunculae omnes nihil pol-

Tom. I.

lent aduersus codicum fidem manu scriptorum.

17. *Bithynum* fuisse, cui excerpta debentur *Geoponica*, hi ipsi libri loquuntur, ubi toties ad agriculturam prouocatur *Bithyniae* familiarem: v. c. 4, 1. 3. et 14, 4, 3. 10. 5, 2. 10. 5, 3. 1. 5, 17. 3. sqq. 5, 36. 3. 13, 5. 3. 20, 46. 3. *Constantinopoli*, vt 12, 1. declarat: Sed dum aliorum opera delibat, ipse vbique patriam disciplinam, hoc est, quae ipse vsu erat expertus, attexit. Sed de hoc eius more paulo post plura.

18. Cum ipse opus hoc *Constantino Porphyrogeneto*, siue *VII.* consecrarit, nihil potest clarius esse certius. Et 1, 5. eundem religionem coluisse Christianam paret.

19. *Fabric. B. G. Vol. VI. p. 502.*
Quod aint hunc esse illum *Bassum*,
ad

Cassianus ipse aliquid obscurius nobis reliquit, *Geop.* Lib. 5. Cap. 6. Τὸ το Φαινόμεν πεπονηκός, ἐν τε τῷ Μαγατωνύμῳ χωρίῳ, ὅθεν ὀρμάμα, καὶ ἐν ἑτέροις οἷς κέντημα ἀγροῖς.²⁰ Vbi autem terrarum fuerit istud Μαγατωνύμων χωρίον, *Me* adhuc latere non diffiteor.²¹

Haec

ad quem scripsit Hierocles *Hippiater*, ut non pugnem verum esse, contra illorum sententiam militat. Hierocles enim iste, ut supra (p. 497.) notavi, *Ethnicus* scriptor et Porphyrogeneti aeno superior fuit, neque ipse *Hippiatrica* collegit. Si quis conferre vulerit, quae mox in auctorum recensu de *Hierocle* observabuntur, hoc quidem ad liquidum ratione perductum esse fatebitur, nostrum *Bassum*, quem *Geoponicorum* perhibemus structorem, haud posse illum esse, ad quem scripsit *Hierocles*. Ille forte aliquis de maioribus nostri fuerit. Nam *Hierocles* iste, ac *Bassus* noster, temporis intervallo haud parum dirimuntur. Sed late patet *Bassorum* familia, et plures nobilitati sunt *Bassi*, de quibus volenti *Fabricius* B. G. Vol. XIII. p. 101. respondedit.

20. Adde 10, 2. 4.

21. Si modo augur non vanus fui, in *Bithynia* fuit procul dubio.

Hic etiam disceptatio discutitur, quae super verbis *Geoponicorum* nata est. Nimirum ὁ πᾶν *Fabricius* in *Decade* I. I. sic censet: Hoc etiam notandum est, — — collectorem aliorum sententias suis plerumque non auctorum quos sequitur verbis exprimere, uti id multis argumentis confirmare possem, nisi minus necessarium existimarem. Utinam magnus Vir ex multis argumentis vnum sal-

tem aut alterum attulisset, quibus hoc vinceret. Mihi quidem in alia omnia eundum videtur. Nam si paucos locos, tanquam 1. 13. 3. 3. 4. ac sorte aliquot alios excipias, vbi sententiam summam exponit, in reliquis ipsa auctorum verba servata esse, non modo stili diuersitas persuadebit, si quis v. c. *Prooemium*, et 12. 1. cum caeteris, et haec ipsa secum contendat: Verum etiam ex iis, quae ad L. XI. observavi, evidens est. Nam quae c. 2. narratur fabula, verbis iisdem apud *Homeri* Scholiasten legas: quam illum non ex *Geoponicis* nostris, sed cum eorundem auctore ex alio antiquiore libro habere arbitror. Verum signa omni luce clariora ad c. 10. et 17. etc. videbis; si *Libanium* *Aphthonium*que adire non graueris. Argumentum quoque ingens est *Liber XVI.* cuius magnam partem verbotenus continent *Hippiatrica*. Denique *Palladius* omnem tollit dubitationem. Hic enim, quoties Graecorum interponit fidem, ita facit, ut quae ille Latine dixerit, tu hic pleraque Graece ad verbum reperiās: dummodo cogites, veteres non sic interpretari, quasi auctorum in verba iurassent; sed libere ac laxius. Si quis velit ipse in rem praesentem venire, ac facere periculum, loca evolvat, quae ad auctores, qui statim recensentur, annotavi. Caeterum inde colligas, iam *Palladii* aetate simile

Haec de *Geoponicorum Collectore* dicta sunt. Nunc de singulis

simile Georgicorum corpus extitisse, nostro tamen pluribus locis plenius: illud forte, quod *Vindanius Anatolius* collegit, de quo *Photius Cod. CLXIII.*

Postremo nonissime Vir maximus *ALB. HALLERVS*, qui tam multa primus vidit docuitque, de nostris quoque Geoponicis in *Bibliothecae suae Botanicae P. I. p. 127 — 145.* quam plurima dixit, omni memoria inaudita, quae non debent silentio praeteriri. *Hallerum* ego semper plurimi et feci, et nunquam non faciam, cum ob alia eius merita infinita; tum inprimis quod religionem nostram et coluit, et defendit. Sed quae super hoc argumento scripsit, me non capere ingenue profiteor. Ingenioli mei tarditate, an vero alia causa, hoc fiat, nescio. Vellem hunc locum intactum relinquere: Sed quomodo salua veritatis reuerentia id facere possem, non video. Denique animum addit ipsum *Halleri*, nulli assentantis, et semper libere sententiam dicentis, exemplum. De auctore Geoponicorum censuit ille quidem postremo: at quoniam ex iis, quae ab initio tanquam fundamenti loco posuerat, reliqua colligit, a principio, *p. 127.* ordinandum est. „*Hic desperatione aliqua adapti coniungemus Geoponicos, et si eorum aliqui superiores fuerint. Cum enim alii mutuo alios citent, atque vicissim ab iisdem citentur, nullo modo possunt in ordinem tolerabilem reduci. Initium adeo a Florentino faciemus, cuius aetas certior videtur.*

„*CASSIANVS FLORENTINVS, villae Maratonymi in Bithynia et vicini agri dominus, ex praecipuis est auctoribus operis Geoponici, et a multis pro solo habetur. Vtrumque nomen eiusdem esse viri constat, quod et CASSIANO (L. V. c. 6.) et FLORENTINO (L. X. c. 2.) eadem villa Maratonymus tribuatur. — Roma florente vixisse putes, cum in ea urbe Camelopardalum viderit (L. XVI. c. 22.) in Philippi forte spectaculis, et ipse oleuuae (L. IX. c. 14.) apud Marium Maximum Macrini Praefectum urbis visae meminerit: vixerit adeo saeculo III. nondum adulto.*“ Haec profecto noua sunt, neque ab alio ante illum excogitata. Nam omnes hactenus *Florentinum Cassianum* quae ita diuersos esse statuerunt, ut alterum saeculo tertio, alterum vero decimo, vixisse contenderint. Hos homines tanto intervallo separatos *Hallerus* alterum alteri ita admouet, ut plane in vnum coalescere cogantur. At quo argumento id facit? „*Quod utrique eadem villa Maratonymus tribuatur.*“ Sit ita! Sed hoc non tantum valebit, ut conclusiunculam tam mirabilem inde conficias. Annon plura praedia eiusdem nominis fuisse potuerunt, ab regione ubi sita fuerint sic dicta? quemadmodum plura sunt *Tusculana*, velut *Ciceronis, Luculli*, aliorum. Deinde vnum modo fuerit! At vero nonne praedia subinde alium atque alium dominum sortiuntur? Annon villa, quae tertio saeculo Florentini fuerat, decimo esse Cassiani potuit? Denique alius librariorum

gulis scriptoribus, quos collegit, paucula quaedam sunt differenda.

AFRI.

potius accusaturus erat, nomina vitiosa esse dicens, quam sic acturus. Sed non hic modo homines disiunctissimos quasi coagulat; sed alibi quoque idem fecit. Nam quod eiusdem *Bibliothecae botanicae* T. II. p. 636. *Palladii de agricultura* libros Graece in Collegio S. Benedicti n. 1288. et in Oxoniensi Mertoniano: in B. Norfolkianno n. 3590. in Bodleyana n. 2636. et 2674. extare dicit, hoc equidem Hallero vel iurato non credam, Non miror magno viro, quoniam non Theologiae, sed Medicinae, erat antistes, haud occurrisset, cum haec scriberet, illum Palladium, cuius *Historia Lausiaca*, et de *vita S. Chrysostomi dialogus*, item de *gentibus Indiae et Bragmanibus*, Graece supersunt. Sed quid? Hallerum ne ubi in Graecum *Palladium* incidit, de Latino illo, et non ante omnia de *Palladio* medico cogitare, cuius *Commentarii* et *Scholia* in libros aliquot *Hippocratis* cum ipso *Hippocrate*, et alibi edita sunt: et cuius de *febris* *concisa Synopsis* anno 1745. denuo repetita est? Sed quid ago? Nolo reliquos Illustris Viri errores, quos passim in eodem libro deprehendi, proferre. Nunc potius p. 143. videamus conclusionem. „*Auctor operis incertus est.* In proemio dicitur „*CONSTANTINUM* Regem, „*non alia nota designatum, con-* „*quisitis undique huius argumen-* „*ti libris hos commentarios scri-* „*psisse.* Pierietiam potuit, ut an- „*tiquior collectio, CONSTAN-* „*TINI aeo recensita, vel aucta, vel* „*etiam diminuta fuerit. Ita praefi-* „*xo AVGVSTI nomine factum*

„*est, ut ea de Apio ex CONSTAN-* „*TINO SERAPION citave-* „*rit, quae in Geoponicis repe-* „*riuntur.* *POGONATO* Cor- „*narius tribuit. Photio caeterum* „*iuniores CONSTANTINI,* „*auctores eius collectionis non pos-* „*sunt fuisse, quam PHOTIVS* „*citet. Alibi collector dicitur* „*CASSIANVS, Bithynus, ex* „*villa Maratonymo natus. Es-* „*certum est ad Bithyniam fere* „*hic reuocari, quae de re rustica* „*ab aliis dicuntur (L. XIII. c. 5.* „*etc.), maximamque libri par-* „*tem tribui FLORENTINO.* „*Neque tamen potest pro eo colle-* „*ctore haberi. Nam cum mature* „*vixisse ostendimus, et Christiana* „*varia in collectione citantur, et* „*demum I. et II. Liber Georgico-* „*rum FLORENTINI a col-* „*lectore citatur, ut alieni aucto-* „*ris (L. IV. c. 8.). Neque ad* „*CONSTANTINI aut Por-* „*phyrogeniti, aut POGONA-* „*TI aeuum pertinet, cum haec* „*ipsa collectio innumeris locis* „*a PALLADIO exscribatur,* „*quem auctorem nemo post initium* „*seculi V. ponit. Cum vero PAL-* „*LADIVS Graecorum nomine* „*nostros GEOPONICOS intel-* „*ligat, neque tamen omnia in no-* „*stris reperiantur, quae suis* „*Graecis PALLADIVS tri-* „*buit, persuasum est Cl. Viro* „*(Schoettgenio ad Pallad. II. 14.)* „*nos fragmenta mera prisci operis,* „*possidere, quae CASSIANVS* „*BASSVS collegit.* Etiam- „*num Cassianus Florentinus eius-* „*dem viri, qui Saec. III. scripse-* „*rit, nomina ei videntur. Eo ve-* „*ro tempore nostrum Georgicorum* „*corpus non coaluisse, Hallero vi-* „*tro*

tro largior; et antea iam saepius demonstratum est. Quod vero sic argumentatur: Apud *Palladium* multa, quae in Geoponicis extant, leguntur: ergo post *Palladium*, id vero est, post Saeculum V. hoc opus non potuit esse confectum; ratio virum incomparabilem profecto fugit. Neque sane verius concludit, quam si quis dicat: Duodecim tabularum fragmenta non possunt S. XVIII. ab *Nicolao Funcio* collecta esse, nam leges hae iam in corpore iuris Iustiniani magna ex parte verbotenus leguntur. Nostri quidem collectione *Palladium* neque usum esse, neque vero uti potuisse, certo est certius. Quemadmodum neque iuris civilis conditores *Funcianas* tabulas exscripserunt. Quod vero apud *Palladium* Graeci eadem verbis fere iisdem dicunt, quae dicunt Geoponica S. X. ab *Cassiano* congesta, ut volunt, hoc non inde est, quod *Palladius* *Cassianea* clepsit rapsit: verum inde, quod ibi, ubi consentiunt *Palladius* et *Cassianus*, uterque eodem in fundo sunt racemati, hoc est, scriptores tractarunt eosdem, ex iisdemque libarunt libris. Reliqua transeo, ne iam dicta saepius repetam.

Auctores quoque Geoponicos noua ratione ordinauit Vir Illustris: hoc est, ita omnia misceuit ac turbauit, ut neque pes vnquam neque caput compareat. Nam quae de aetate scriptorum *Needhamus* alique vel diuinauerant, vel docuerant, ille abolet omnia. Adeo ex parata re imparatam omnem fecit. Credas recensum illum auctorum duodecim scriptorum esse tabulam, ubi homines sint latrunculi, quibus ludant *Needhamus* et *Hallerus*: adeo

nullus manet loco suo; adeo promouentur omnes sursum, deorsum, vtro citroque, et ex hoc saeculo traducuntur in aliud. Sentit quidem ipse *Hallerus* aliquoties se ad incitas redactum esse, et quam calcem cieat, aut quo se vertat, nescit. Mox tamen colligit animum, et denique ad exitum peruenitur. Porro ut alias duos homines constet in vnum: ita hic nouo artificio ex vno duos facit, aut plures adeo. Velut p. 131. „Si vere Sotion, noster *Caesarum* tempore vixit, oportet duos esse Sotiones, anti- quiores, et alterum *Christiani* num.“ Et p. 137. „Paxamum dicimus, qui ante *Columellam* vixit: verum noster citat *Nestorem*, quem *Needhamus* sub *Alexandro Seuero* ponit, neque adeo a *Columella* et *Athenaeo* citari potuit. A *Palladio* citatus, ut ante seculum V. ponendus sit. Citatur a *Tarentino*. Multa ex *Columella* habet.“ Imo potius ex vno eorum scriptorum, quos *Columella* secutus est. Porro p. 138. „*Tarentinus* Geoponicorum ab editore putatur, *Heraclides* esse. Id quidem fieri non potest. A *Diophane* citatur, quem ostendimus posterioris aevi esse, deinde describitur a *Palladio*.“ Item p. 139. „*Diophanes* *Nicensis* in *Varronis* et *Columellae* censu rusticorum habetur; coaevus *Julio Caesari*. — Tertium librum citat *Florentinus*. Verum noster multo superior, et *Didymum* citat, et *Florentinum* — ut multo recentioris esse aevi necesse sit. Tum p. 141. „*Anatolius* nullam certam ob causam pro eo habetur, qui *Theodosii* magister fuit, *Suidae* dictus. Noster Sotione tamen superior est, quem citet, *Palladius* eum describit. Denique

„p. 142. Berytium eum esse ne-
gat, quem Needhamus velit,
„quod ex Apuleio, qui sub Anto-
„ninis vixerit, locum citet.“
Eiusdem farinae sunt, quae p. 125.
sq. de Africano habet. Sed nolo
amplius praestantissimi viri erro-
res insectari: volo potius fontem
eorum vestigare atque obturare.
Πρώτος ψεύδος est, in Geoponicis
eos auctores, quorum nomina
capita singula ferant, per totum
caput, ab initio ad finem, solos
fermocinari. Iam hoc sumto, id
infert: Igitur qui singulis capit-
ibus nominantur scriptores, ii de-
bent aetate antecessisse illum, cu-
ius nomine frons capitis inscripta
est. Quo obseruato, vera aetas
scriptorum Geoponicorum potest
definiri. Videlicet hanc legem
ab initio, cum *Bibliothecas*
condere statuisset, sibi sanxerat,
vt auctorum aetatem ex mentio-
ne aliorum auguraretur, quoni-
am hanc coniecturam certe ple-
rumque erroris immunem fore
putabat, vt ipse ad Generosissi-
mum Murrium (*Christoph. Gottli.*
*von Murr Journal zur Kunstge-
schichte — VI. Theil Nürnberg. 1778.*
p. 264.) scripsit. Sic itaque
etiam hic concludit Hallerus. Et
idem mihi visum est. Quare vbi
primum ad hanc operam animum
applicuissim, diligenter annota-
bam nomina singula, quae quis-
que ederet, tempora cuiusque
inde digesturus. Etreperissem i-
hi videbar, non quod pueri cla-
mitant in faba se reperisse. Sed
mox oboriebantur tenebrae. Ne-
que Hallero res melius successit.
Desperanter ipse aliquoties lo-
quitur. Iam primo, vt modo
vidimus, desperatus exorsus est.
Deinde p. 132. de Democrito sic
indicat: „Antiquum esse credas,
„quod a plurimis satis antiquis
„scriptoribus citetur. — Citat

„ipse Aristotelem et Florenti-
„num. — Christianus certe fuit,
„Graeculus parum antiquus. Ex
„citato Florentino, qui vicissim
„Democritum citat, apparet,
„quam difficile sit, hos viros in
„ordinem redigere, vt omnino vi-
„deantur tituli capitum vitiat
„fuisse. Cum passim a Palladio
„exscribatur, vixerit tamen ante
„seculum V. Porro p. 135. de
„Didymo: — „Citat Florenti-
„num. Vt iterum perobscurum
„sit, citari a Didymo Florenti-
„num, et a Florentino Didy-
„mum.“ Illum itaque hoc inpr-
mis mouit, quod iidem auctores
se inuicem citarent. Hoc ego in-
terim ferebam, eiusdem forte
aetatis homines esse arbitratus.
Sed Halleri acumen et perspicu-
acitatem id fugisse, quod maxime
rem causamque continet, nempe
Scriptores eosdem se ipsos cita-
re, hoc demiror equidem. Ego
meum animum obfirmabam, et
viam quam decreueram perse-
quebar, donec ad L. XIII. c. 8.
peruenissem, cui FLORENTI-
NI nomen praefixum est, et vbi
paulo post n. 8. FLORENTI-
NVS iterum nominatur. Hic
sermonem incipit: tum Δημόκρι-
τος δὲ Φησιν: — paulo post Απ-
λῆσιος δὲ Φησι: porro Ταρραντίος
δὲ Φησι: — denique Φλωρεντίνος
Φησι. Hic, Occisa est haec res,
exclamabam. Aut nomina cor-
rupta sunt et permutata, quibus
capita notata sunt: aut non is,
cuius nomen primum locum ob-
tinet, reliquos loquentes facit.
Quicquid horum sumas; omnia
in cassum cadunt. Ab hoc tem-
pore frustra operam contere-
cessaui: et causa haec fuit depo-
sita. Tanto vero acrior, quid
Hallerus effecisset, cognoscendi
incendebatur cupiditas. Inde
quoque ὁ πᾶν Fabricius Decad.

p. 106. hac suspitione, quaedam nomina auctorum capitulis inscripta merito suspecta videri, opinor, percussus est. Ad quae Reimarus annotat: *Non quasi nomina corrupta essent, sed quod posita sint, ubi non debebant.* Eadem in opinione Needhamus est ad 10, 2. 4. et 12, 16. Cui et Hallerus succinit, p. 124. de *Neflore* hanc ferens sententiam: „*Citatur etiam ex Varrone, qui habeo aliqua habet remedia (12, 16) scrasso errore. Oportet omnino titulos auctorum in collectione Geoponica vitiosos esse, cum nullo modo in ordinem reduci possint.* Et variant quidem in codicibus etiam interdum nomina, sed raro. Et in genere vanus est hic metus, res autem salua. Videlicet qualis Geoponicorum genitura fuerit, ante omnia videamus necesse est: quoniam ex hac obseruatione manant reliqua. *Constantinus Porphyrogenitus*, (nam hunc esse, ante demonstratum est, et Hallerus, eum non alia nota designatum dicens, errat): hic itaque *Constantinus* ad usum populi sui publicare vult Chrestomathiam rusticam. Negotium mandatur *Cessiano*. Hic ex libris qui de rustica re scripti sunt, quorum copia esset, omnibus praecepta rusticorum omnia conquirat ac digerit, eo consilio, ne quid omittatur 1, 14. 11. 13, 5. 6. Quod quidem ita executus est, ut libros, quorum particulas nos hic habemus, tanquam superfluos interire passa sit posteritas. Quum vero *Photio* teste *Cod. CLXIII.* qui de R. R. exposuerant eadem fere de iisdem prodiderint, et raro dissentirent; *Cassianus* omnes sic excutit, ut nullum auctorem solum sequatur, sed ubique illum primo loco collocet, qui ei argumentum quod-

cunque optime plenissimeque tractasse videretur; huic deinde subiungat quae apud alios inuenisset peculiaria. Hoc modo ex multis complurium auctorum voluminibus breue veluti *florum corpusculum* fecit, ut *Iustinus* in praefatione de simili instituto loquitur. Igitur *Cassianus* excitat reliquos auctores, non is qui orsus est. Et sane poterat hoc iam ex 4, 8. 9. perspici, ubi *Florentinus* ab initio et in fine commemoratur. Postea demum, quum de *Zoroastre* quaerem, *Fabricium* iam non longe a vero abuisse inueni, qui *B. G. Vol. I. p. 246.* Nihil euincit, inquit, argumentum *Lambecii*, quo p. 83. et 88. contendit opus illud *Zoroastri* suppositum fuisse, quod in illis capitibus *Geoponica* quae e *Zoroastre* petita esse dicuntur, allegatur *Democritus* et *Aristoteles*: nam alibi ostendi, titulos capitum in *Geoponicis* saepe esse parum accuratos, neque ita intelligendos, ac si toto illo capite deinde scriptoris, cuius nomen praefixum est, ipsa verba afferrentur, sed potius sententia illius a collectore utcumque expressa et aliorum opinionibus interpolata. Porro ut nostri hodie aliorum libros vel vertentes, vel edentes, vel excerptantes, vel tractantes quocunque modo, rarissime a se impetrant, quin quasdam aspergant notulas: Sic etiam *Cassianus* non mutum pecus est, quod alienos saccos in unum locum tacite congerat; sed vir ingenuus, institutus liberaliter, praediorum villarumque plurium dominus, et ipse experientissimus arator, qui sumit audaciam quae sitam meritis, et sententiam suam ipse post alios dicit, hoc est, opportune notas suas, non aspergit ad marginem, quod nunc fit, sed interspergit, et se miscet

miscet reliquo rusticorum choro. Hoc itaque tenemus: Sunt Geoponica, *Chrestomathia rustica cum notis* Constantini Bassi Scholastici, edita Constantinopoli impensis et auspiciis Constantini Porphyrogeneti. Hoc observato, reliqua omnia sunt expedita et explicita. Ut ad locum 13, 8. unde coepi respicere regrediar: Primo sententiam dicit Florentinus. Post hunc Cassianus nomine vocat Democritum, Apuleium, Tarentinumque, ut et hi censeant. Tum reuocantur, quae Florentinus aut ibidem porro, aut forte alibi, eadem de re praeceperat. Denique paulo post ipse Cassianus de suo reliqua addere videtur. Sic 5, 11. ubi Berytius incipit, sub finem sententias Tarentini et suam ponit Cassianus. Iam iterum ad locum istum desperatum 10, 2, 4. visamus, propter quem Florentino ita coaluit Cassianus ut *Agros* agros fieret: et simul tentemus, annon leni pharmaco denique possint separari disiungique, ut sint duo. Ibi insit Florentinus: *Autumnus* plantationi accommodatus est maxime, et deinde quae sequuntur. Pergitur: Hoc autem tempus autumnus omnes qui de agricultura scripserunt sapientes velut idoneum unanimiter elegerunt; denique Quintilii ipsi sic tradunt. Ego vero etiam ipsa experientia hoc ipsum exakte didici, multaque vineta in Maratonyma villa et in aliis propinquis meis agris autumnali tempore plantavi. Needhamus annotat: „Hic locus ostendit, hoc caput non recte Florentino tribui, potius autem Cassiani esse.“ Scilicet propter 5, 6. ubi eadem villa Cassiani est. Hallerus autem mavult auctorem esse Cassianum Florentinum. Frustra sunt ambo, et

Magnopere a vera lapsi ratione videntur (Lucret. 1, 638.)

Basis est Florentini praeceptum, idque satis breue. Incipit commentari Cassianus: *Huic agricolae mei omnes, ipsi Quintilii*, (excellentissimi, ut videtur illorum, quorum libri ad manus erant) *astipulantur: (Ego CASSIANUS BASSVS SCHOLASTICVS*, dicere modestia prohibebat, itaque simpliciter insit) *Ego vero etiam expertus sum*, et ad extremum reliqua. Qui adhuc dubitare potest, vtrum ita sit, cum hoc ego non disputo. Qui vero hac obseruatione tanquam Ariadnes filo uti voluerit, ex labyrintho hoc inexplicabili egredietur feliciter, et ex tetrīs denique tenebris in lucem emerget clarissimam. At Ill. Halleri Geoponicos scriptores diligentius digerendi conatus simul concidunt. Nam hanc quidem operam lusit Vir Summus. Neque enim magis verum est, scriptores ipsos alium ab alio appellari, quam hoc, quod idem p. 144. ait L. II. (c. 27.) de horaeis fructibus et conservando frumento agi, ubi de horreis sermo est: et quae aliae sunt huiusmodi hallucinationes, quas non vrgebo. Sunt merita Halleri et gloria eiusdem tanta, ut hi naevi viro immortalī obesse neque possint, neque vero debeant, non magis sane, quam maculae in vultu Solis impediunt, quo minus sit lumen mundi. At si acutissimi viri, si Halleri, in rebus humanis, in rebus quae manibus tenentur, ita labi possunt; et ubi semel a veritate desciverunt, aut errorem aliquem arripuerunt pro vero, sine more modoque ruunt: quid de rebus

A F R I C A N V S .

Julius Africanus, praenomine *Sextus*, [vt *Lambecio*² placet] *Christianus*: inclaruit sub *Alexandro Severo*, vt *Ipse* testatur Cap. 29. Κεζῶν suorum, vbi profitetur se vidisse *Bardeesanem Parthum*, quem circa *Severi* tempora vixisse, omnibus notum.³ Primus autem *Christianorum* (vt cum *Vossio*⁴ loquar) *Chronologiae* fontes reclusit, ac Πεντάβιβλον χρονολογικὴν conscripsit, ex qua integras paginas, in *Chronicon* suum transcriptas, nobis reliquit *Eusebius*. Accuratus sane et optimae fidei scriptor, de quo *Photius* *Myriobib. Tmem. 34.* iure pronunciat Ἐστὶ δὲ σύντομος μὲν ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαιῶν ἰσορροπῆσαι παραλιμπνάνων. Quaecunque vero *Africani* excerpta in *Geoponicis* leguntur, ex alio ipsius opere, nouem libris comprehenso, deprompta fuisse videntur; cui, ob multiugem materiam, et eruditionis varietatem, Κεζῶν nomen imposuit.⁶ Nequaquam enim in *Valesii*⁷ sententiam descendere suslineo, diuersos esse *Africanum* *Chronographum*, et *Africanum* Κεζῶν auctorem; quamuis et *Scaliger* in notis suis ad *Eusebii* *Chronicon*⁸ idem adstruere videatur, rationibus quibusdam valde infirmis, imo plane nullis. *Photius* quippe, *Tmemate* prius laudato, disertis verbis contrarium testatur: Ἀνεγνώσθῃ Ἀφρικανῶ ἰσορρικόν. ἔτος ἐστὶν ὃ καὶ τὰς λεγομένους Κεζες ἐν λόγοις συντάξας ἰδ'. (legendum ex *Eusebio* et *Syncello* *S.*) *Eusebius* etiam *Pamphili* *Χρονικῶν* Lib. 1. Pag. 70. Et *Georgius Syncellus* *Chronograph.* Pag. 359. ista habent: Ἐμμάς, ἡ ἐν Παλαισίνῃ καμῇ, περὶ ἧς φέρεται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις, Νικό-

diuinis, quid de religione fiet? Bone DEVS! qui fieri potest, vt imbecillitatis nostrae caecitatisque adeo obliuiscamur homunciones, vt tibi contradicere confidenter nulli dubitemus? Sed

meritis *Halleri* reliquis hoc dabo, vt hanc quidem chordam ad aures, qui nunc recensebuntur, pene singulos tangendam, aut nunquam, aut si hoc non liceat, rarissime certe sim tacturus.

Νικόπολις ἐτιμήθη καλεῖσθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρῃ τῷ Αὐτοκράτορος, Ἀφρικανὸν πρεσβευσαμένον, τῷ τὰς ἱστορίας ἐν Πενταβίβλῳ συγγραψάμενον. Ἀφρικανὸς τὴν Ἐννεάβιβλον τῶν Κεζῶν ἐπιγεγραμμένην πραγματείαν, Ἰατρικῶν, καὶ Φυσικῶν, καὶ Γεωργικῶν, καὶ Χυρικῶν, (Syncellus χυμευτικῶν,) περιέχουσαν δυνάμει, Ἀλεξάνδρῳ τῷ τῷ προσφώνῃ. Hoc est, — Emmaus vicus in Palaestina, quem Alexander Imperator dignatus est appellare Nicopolim, Africano legationem obeunte, qui Historias Libris 5 conscripsit. Africanus Libros IX, quos Cestorum inscripsit, quibus complectitur Res medicas, Physicas, Rusticas, et Chymicas, huic Alexandro nuncupat. Nec abs re erit Eusebii verba adscribere ex Lib. VI. Eccles. Hist. Cap. 31. Ἐν τῷ τῷ χρόνῳ [τῷ χρόνῳ Lambecius] καὶ Ἀφρικανὸς ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεζῶν συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. ἐπιστολὴ τῆς Ὁριγένους γραφῆσα φέρεται, ἀπορῶντος, ὡς ἂν νόθε καὶ πεπλασμένης ἔσῃ τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωτῆραν ἱστορίας. πρὸς ἣν Ὁριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. Τῷ δ' αὐτῷ Ἀφρικανὸν καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε Χρονογραφῶν ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεποιημένα σπεδάσματα. i. e. Claruit iisdem temporibus Africanus, qui Libros Κεζῶν titulo inscriptos composuit. Huius extat Epistola ad Origenem scripta, in qua Historiam Susannae, quae in Danielis Libro legitur, spuriam et commentitiam esse suspicatur. Ad quam Epistolam Origenes copiosissime respondit. Eiusdem Africani quinque de Chronographia Libri accuratissime compositi ad nos etiam peruenerunt. Qualia vero in Cestis suis scripta reliquit Africanus, Suidas indicat V. Ἀφρικανός. — Ἀφρικανός, ὁ Σέξτος Χρηματίστας, Φιλόσοφος Λίβυς, ὁ τὰς Κεζὰς γεγραφὼς ἐν βιβλίοις κδ'. (legend. ex Eusebio f.) Εἰσὶ δὲ οἰονεὶ Φυσικὰ, ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαιδιῶν, καὶ γραπτῶν τινῶν χαρᾶκτῆρων, ἰάσεις τε καὶ αἰσθητῶν ἐνεργειῶν. Neocoro interprete: Africanus, cognomine Sextus, Philosophus Libycus, qui Cestos scripsit Libb. nouem.

Agi-

Agitur autem in illis de remediis *Physicis*, quae ex verbis, incantationibus, et scriptis quibusdam characteribus constant, mirosque effectus habent. Neocorus enim legendum putat καὶ ἄλλας ἐνεργείας. Paucula quaedam horum Κεσῶν capita de *Re Rustica*, et *Militari*, mutila autem et luxata, reiecta sunt ad calcem *Heronis Alexandrini*, aliorumque Veterum Mathematicorum *Parisiis* editorum.⁹ Vid. *L. Allatium* in *Eustathium* pag. 6.

1. De hoc *Fabric. B. G. Vol. V. p. 268.* et quos citat *Hambergerus*, (zuverlässige Nachrichten) *Vol. II. p. 525.* quibus addatur *Bandini Catalogus Codd. Graec. Biblioth. Laurent. Vol. II. p. 233.* et *Vol. III. p. 127.* Forte, ubi *Eudoxiae Augustae* *Ionia* prodierint, quorum editionem cum maxime *Lutetia Parisiorum* parturit, plura de illo discemus. Eorum certe *C. 189.* de *Africano* agitur. *V. Fabric. B. G. Vol. VI. p. 567.*

2. Imo *Suidae*, qui solus ex antiquis eum sic vocat. Ἀφρικανός. ὁ Σέκτος (sic omnes libri) χρηματίας, Φιλόσοφος Λίβυς. Et *V. Σωσάννα. ὅτι κατὰ τὴν Ἀφρικανὴν Σέκτα, ἔγραψεν Ωριγένης ἡσασιν ποιησάμενος κ. τ. λ.* quem *Lambec. L. VII. Commentar. Biblioth. Caes. p. 200.* sequitur. Reliqui omnes eum vocant *Iulium*.

3. Testem quidem et *Lampridium Hatterus* dat *Biblioth. Bot. T. II. p. 634.* *Aphricanum* inter *Alexandri Seueri* amicos numerantem *c. 68.* Verum hic *Africanus* qui ius professus est, ab nostro tam est diuersus, quam ab utroque diuersi sunt *Scipiones Africani*.

4. De *Histor. Gr. L. II. c. 15. p. 236.*

5. Item *Synceellus*, *Io. Malela*, *Theophanes*, *Cedrenus*, *Chronici Paschalis* s. *Alexandrini* auctor, alique Chronologi, inprimis vero *Cheronensis Moses*, qui eius historiam *Edeffae* excerptit. Sic enim ipse *Moses p. 101. (ed. Whiston Lond. 1736.)* iam vero historiam tibi tradituri sumus ex quinto libro *Africani* scriptoris *Chronici*: — is quaecunque de nostris regibus (*Armeniae*) narrat, ea depromsit uniuersa ex tabulario *Edeffae*, quae est *Vrha*: cuius quidem tabularii libri de sanorum historiis e *Nesibi* et *Sinope Pontica* fuere eo aduelli. De bibliotheca illa *Edeffena* plura *ib. p. 128.* At *Meursius* aliam ei historiam tribuens, frustra est, quem *Fabricius* ad *Suidam* *Basileensem*, cuius exemplar manu eius passim notatum penes me est, sic in viam reducit: „Legitur et in *Eusebii Chron. Ἰωάννης ἐν Μανυβάνοις ἡσού, καὶ Ἀφρικανὸς ἐν ἐντόμῳ.* Unde singulare opus *Africani* *Ἐντόμου* exsculpsit *Meursius*, in *Bibl. Graec. p. 1199.* „Sed sensus est, *Africanum* in *Chronographia* sua breuiter et „pau-

„paucis retulisse veluti per epitomen, quae fufius tradiderat Io-
„sephus.“ Quod hic est ἐν ἐπιτόμῳ, Photius dixit: "Ἐστὶ σύν-
τομος.

6. Secundum Hallerum quidem *Bibl. Bot. T. I. p. 125.* *Auctor noster multo posterioris est aevi.* Addit rationem: *Inscriptionem Christianam (7, 14.) eo seculo non expectes.* Quidni? cum ipse fuerit Christianus. Deinde vero Iudaica est, non Christiana. Et sane, *Suida* auctore, cuius verba statim comparebunt, praecipue illi arrisit verborum medicina, quae incantationibus et signis quibusdam constat. Sic 7, 31. *Homeri* versiculo ad ebrietatem vitur.
7. Ad *Euseb. Hist. Eccles. L. VI. c. 31.*
8. *Animadv. p. 232. et not. in Graeca Eusebii p. 425.* Cui accedit *Reines. V. L. p. 352.*
9. *Hippiatricorum quoque cap. 124. p. 268, in Cestis ibidem f. 293. & inuenies.*

ANATOLIVS.

De *Anatolio* nihil certi habemus. *Suidas*: Ἀνατόλιος, Μάγιστρος Θεοδοσίου τῷ Βασιλέως. ¹ *Anatolius, Theodosii Imperatoris Magister.* Citatur in *Hippiatr.* pag. 217.

1. Hic quidem *Anatolius* longe alius est. Nostrium *Fabricius B. G. Vol. XIII. p. 56.* pro medico habet, quoniam eius consilia in *Hippiatricis* non pauca extent, velut p. 7. 55. 58. 144. 149. 192. etc. Quo iure hoc fiat, mox videbimus. Ad hunc de *Sympathiis* et *Antipathiis* fragmentum *Rentdorsius* refert *ib. Vol. IV. p. 301.* *Anatolii* huius aetatem *Hambergerus* quidem noster *Vol. II. p. 640.* ad annum Christi CCC adstringit, quoniam illum pro *Iamblichi* praeceptore habet. Sed errat vir praestantissimus, *Fabricium* parum intelligens. Hic enim *Iamblichum* et *Anatolium* non ideo iunxit, quoniam hic eum instituerit; sed quod *Iamblichi* praeceptor eum huius *Anatolii* admouuit. Nam ipse *Vol. V. p. 277.* hos *Anatolios* probe distinguit. Verum *Rentdorsii* coniectura ut dubia est; ita eam ob causam, quod in *Hippiatricis Anatolii* nostri legantur praecepta, illum non in medicis reposuerim: cum pecudum cura etiam ad agricolas pertineat. Sed solet apud *Fabricium* eo loco medici nomen latissime patere. Omnes enim qui vel e longinquo medicinam salutauerunt, velut *Virgilius, Plinius*, hisque similes alii, medicorum ordini ascribuntur. Sed hoc transeat. De eo autem

autem minime dubitari poterit, quin noster ille sit *Anatolius*, cuius Georgica Photius in *Bibliotheca Cod. CLXIII.* recenset, ubi *Vindanius Anatolius Berytius* vocatur, de quo supra iam vidimus. *Berytium* certe hic 2, 10 9. agnoscas. Et *Anatolii* huius Georgica nostrae collectionis esse fundum, censet quoque *Fabritius B. G. Vol. VI. p. 501. et Vol. IX. p. 426.* Nam quod hic quaedam nunc *Vindanii*, nunc *Anatolii*, nunc *Berytii* proferuntur nomine, quasi tres sint auctores, cum vere vnus fuerit, me quidem non magis mouet, quam si quis ex *Marci Tullii Ciceronis* nomine triumuiros creet, quoniam idem vir modo *Marcus*, modo *Tullius*, modo *Cicero* appellatur. Tria nomina exteris quidem minus vsitata sunt: neque tamen inaudita. Vltimum vero fere est gentile. Exemplo ex Geoponicis nostris sit *Cassius Dionysius Vticensis*. Argumentum *L. I.* quod opponunt, forte fuit interpolatum, et nomina quaedam traiecta. Forsitan scripsit *Cassianus*, Ἐκ τῆς Φλαγεντίας, καὶ Ταγαντίας, καὶ Οὐνδανωτίας Ἀνατολὴς Βερύτις: vnde factum est, καὶ Οὐνδανωτίας, καὶ Ταγαντίας, καὶ Ἀνατολὴς, καὶ Βερύτις. Sed, viut sit, errore quocunque multiplicatus videtur vir vnus. Omnes quidem erroris insimulant Photium, quasi homines tres confuderit in vnum. Verum in titulo libri hoc errare modo mihi non tam procliuē videtur. Contra vero multo est pronius, Geoponicorum collectorem, breuitatis causa ex tribus eiusdem hominis nominibus vnum modo, nunc hoc, nunc illud, posuisse; vnde, plures esse scriptores, nata sit opinio. Sunt etiam *Anatolii Berytii* inter consultos iuris clara nomina, velut is, cuius in *Proaeresio Eunapius* meminit, et qui mortuus est *A. C. 360.* de quo *Prosopographia Cod. Theodos.* videatur: alter vero Magister et Antecessor Berytensis, ex iis vnus, quorum opera ius condidit *Iustinianus*. De illo, quem primo loco posui, *Valesius* ad *Ammian. 19, 11, p. 243. Gron.* sic indicat: „*Anatolius Syrus Beryto oriundus, cum scientiam iuris ciuilis in patria didicisset, Romam profectus, admissusque in palatium, per omnes honorum gradus ad Praefecturae culmen adscendit. Vir etiam inimicorum iudicio admirabilis, ut scribit Eunapius in Proaeresio, quem incundum erit legere. Erat autem sacrificiis et Graecanicae religioni imprimis additus, teste ibidem Eunapio. Vnde fere adducor, ut credam eum ipsam esse quem Photius in Bibliotheca Vindaniam Anatolium appellat Berytium, qui de re rustica scripsit, cultu ethnicum, ut Photius testatur. In Excerptis Geoponic. Vindanionius Anatolius Berytius nominatur: quod vnius viri nomen est, non trium, ut Cornarius interpret existimauit.*“ rel. Cui sententiae non repugnat, quod inter veterinarios medicos deprehenditur *Anatolius*. *Hierocles* quoque iuris fuit peritissimus eiusque disciplinam exercuit, et tamen inter eosdem Hippiatros vel primas tenet. Hoc igitur constitutum videtur, *Anatolium Photii* aetate fuisse superiorem. Forasan vero ad *IV. Saec.* pertinet. *III. Palladius* diligenter obseruat, quae hinc suas in areolas retulerit *Palladius*; inde argumentum accipiens certissimum, hunc auctorem,

doctorem, cuius sententiam ille commemoret, ante S. V. vixisse. Hic tamen hoc semel observandum est: Non sequi simpliciter, quoties Graecos auctores profiteatur *Palladius*, eos intelligi, quorum fragmenta hic legantur. Nam *Photius Cod. CLXIII.* iam monuit, tantum esse illorum, qui de R. R. praeceperint, consensum, ut alter alterius prosequatur vestigia. Potuit igitur fieri, ut Latinus rusticus alium quempiam ante oculos haberet, qui tradiderit eadem. Interim tamen probabiliter hoc ponitur: Quoties nostra apud illum inveniuntur, ea ad illum pertinere auctorem, cuius nomine hic sunt prolata, inprimis si ad Graecos prouocet. At quae *Hallerus p. 141.* ponit: „*Palladius, eum exscribit Ianuar. 15. Mart. 10 et 11. Septembr. 3.*“ non satis certa videntur. Conferantur tamen quae ad 10, 18, 12, 7, etc. annotaui.

APSYRTVS.

Apsyrtus, mulomedicus, patria *Bithynus*, e ciuitate *Prusaensi* oriundus, meruit sub *Constantino* in *Scythico* bello, ut *Suidas* testatur V. Ἀψυρτος. Ἀψυρτος, Πρυσσαεύς, καὶ (potius ἢ) Νικομηδεύς, στρατιώτης· στρατευσάμενος ἐπὶ Κωνσταντίνῳ τῷ Βασιλέως ἐν Σκυθίᾳ παρὰ τὸν Ἰσθμὸν. Ἱππιατρικὸν βιβλίον ἔστος ἔγραψε, Φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων, καὶ ἑτέρα. Id est, Amico mihi coniunctissimo, et clarissimo *Suidae* editore, *Ludolpho Neocoro* interprete: *Apsyrtus*, *Prusaensis*, vel *Nicomediensis*, Miles: qui sub Imperatore *Constantino* ad *Istrum* in *Scythia* militauit. Hic *Librum veterinarium* scripsit, et de equis *physicum* alterum, aliaque.¹

1. *Du Cange Gloss. Gr. Ind. Auctor. p. 44.* „*Apsyrtus Prusaenus, Medicus, scripsit Hippiatricῶν libros 4. quorum excerpta habentur in libris Hippiatricῶν. Militauit sub Constantino M in Scythia ad Istrum, ut scribit Eudocia Augusta in Ioniis MSS.*“ *Apsyrti* vero libri, quos in bibliotheca Principis Mantuani manu scriptos asseruari *Georgius Agricola* in libro de mensuris significauit, sine dubio sunt *Hippiatrica*, aliquot annis post edita, ubi *Apsyrti* nomen frequens est.

APVLEIVS.

Illustres duo a Veteribus memorantur *Apuleii*: Vnus, praenomine *Lucius*, *Platonicus*, ex *Madaura* *Africae* ciuitate

citare oriundus, quem sub *Antonino Pio* *Diuisque Fratribus* inclaruisse nullus dubito: Multa scripsit, quorum quidem paucula ad nos integra peruenerunt, De *Asino Aureo* Lib. XI. *Floridorum* Lib. IV. etc. — longe vero plura acui iniuria iamdiu perierunt, quorum titulos et Fragmenta duntaxat ex *Veterum Grammaticorum* scriptis notare licet; veluti *De arboribus*, ex *Servio* in Lib. 2. *Georgicōy*, *Medicinalia*, apud *Priscianum* Lib. 6. et *Naturales Quaestiones*. Altera autem (inquit *Colinus*¹) *Apuleius Celsus*, *Centuripinus*, Medicus insignis, qui sub *Augusto* vel *Tiberio* *Caesare* vixisse fertur: quem *Scribonius Largus* praeceptorem suum fatetur, et *Marcellus Empiricus*, qui sub *Theodosio* inclaruit, *Latinis de Medicina* auctoribus annumerandum censet. Huius esse *Apuleii* ista Excerpta, quae in *Geoponicis* leguntur, *Platonici* Editor contendit, hisce verbis: *Hunc* (*Apuleium Celsum*) *eundem* putem esse quem *Palladius libro primo de R. R.* laudat, et e quo *Cassianus Bassus Geoponicōy*, quae *Imp. Constantini* nomine passim circumferuntur, concinnator multa descripsit. Longe aliter sentit *Albertus Faber*² in *Decade Decadum* Sect. 58. ubi de herbario *Apuleiano* agens ista profert; *Hunc* ego *Apuleium Platonicum* (in *Geoponicis et a Palladio citatum*) malim esse auctorem huius herbarii, quam illum *Celsum*, quem sub *Augusto* vixisse necesse est. Neque dictio usque adeo repugnat, cui aliquid scabritiei ex scriptoribus accessisse, non absurdum est ut existimemus. Litem dirimant *Eruditi*: utri eaim asserendum sit istud *Herbarium*, et *Excerpta Geoponica*, *Mihi* nondum liquere lubens fateor.³

1. In *vita L. Apuleii* quam suae editioni praefixit, *fin.*

2. i. e. *I. A. Fabricius*.

3. *Hallerus* quum nuper index sederet, sic pronunciauit *Bibl. bot.* p. 76. *APVLEIVS CELSVS* *Centuripinus Siculus*, *Scribonii* (qui p. 94. eius antidotum citat) praeceptor, de re rustica scripsit, a *Palladio* citatum opus, cuius in *Collectione Cassiani Bassi* aliqua fragmenta supersunt; ipsum opus interiit, et quae de herbis cum *Apuleio Platónico* nomine supersunt, longe deterioris sunt seculi, rel. At paulo post p. 130. rem indicatam rescin-

scindit: *APVLEIVS* Geoponicus non fuit Centuripinus ille, neque antiquus rusticorum auctor, neque asini scriptor, nam Florentinum citat (L. II. c. 39.) et totus homo alterius est saporis. — At falsus est hic iudex. Ibi enim incipit Florentinus, adeoque dicere debebat: Florentinus citat Apuleium. Verum hoc nihil ad rem. Ad Centuripinum inclinat Latinus Biblioth. prof. p. 28. ad 1. 14. ubi Apuleius Romanus loquitur, haec annotans: „Apuleius Celsi Centuripini medici Tiberio imperante meminit Strabo, cap. 94. et 171.“ De quo quomodo hic cogitare potuerint viri docti, non video. Contra multa sunt, quae Africanum prodant, et quae in istum apte quadrent, de quo Michael Psellus apud Leonem Allatium de templis Graecorum p. 177. haec tradit: Δύο δὲ ἦν ἄνδρες σοφῶ τὰς ἀπορότητας δυνάμεις ἐξησηκήμενοι, Ἰσλαῖος ὁ Καλδαῖος, καὶ ὁ Λίβυς Ἀπυλῆιος. ἦν δὲ αὐτὰ ἕτος μὲν ὀλιγωτέρος, ἄτερος δὲ νοερώτερος, καὶ δευτέρος ὥσπερ οἱ ἐκείνον σερμύνοντες ἀποιεν. Ὁ μὲν ἐν περιπατῶν ποιήσας, ἐπάσας δὲ καὶ ταῖς ἡλαῖς, τοῖς μὲν τὰς τῶν θηρίων ἐπέδρυσεν ὀρμάς, τὰ δὲ ἐπιπύον ἐκ ἔχεν. Ἰσλαῖος δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνέμων, καὶ περιουμάτων ἀνέλε παντὶ πασόν. κ. τ. λ. quae sic vertit Allatius: Duo autem erant viri sapientes, secretas naturae facultates experimento ipso edocti, Iulianus Chaldaeus, et Apuleius Afer. Erat vero ille materiae ascribitor, alter diuinior, magisque spiritalibus deditus; veluti, qui eum in admiratione habent, et venerantur, dicerent. Hic itaque amuleta conficiens, verbis materiis ipsis excantatis, ferarum quidem impetus repressit: multa etiam reprimere non potuit. Sed Iulianus, absque incantationibus et amuletis, omnino sustulit, rel. Etiam nostri consilia magiae affinia sunt pleraque, et incantationibus amuletisque vitur, tanquam 1. 14. 10. 5. 33. 12. 8. 13. 9. 5. Vnde Constantinopoli vulgo Magus audiebat. Eis Ἀπυλῆιον τὸν μάγον Epigramma extat in Anthol. Gr. L. V. p. 531. Murium quoque incantationem 13. 5. ab eo esse praescriptam probabile est, licet ante istam formulam Cassianus loquutus videatur. Aetas quoque conuenit. Iulianus enim, quocum comparet, Theurgus est, qui sub M. Antonino floruit, de quo Fabric. B. G. Vol. I. p. 257. et IV. p. 272. Eiusdem autem aetatis fuit et Madaurensis Apuleius, qui hic 1. 14. 10. Ἀπυλῆιος ὁ Πρωμαῖος vocatur; tum quod Madaura colonia fuit Romana; tum quod aliquamdiu Romae vixit, et pleraque scripsit Latine, licet et Graecae linguae fuerit peritissimus, vtpote Athenis diu philosophatus. Et huic librum de herbis, s. de nominibus et virtutibus herbarum addidit Hallerus p. 156. „Fuisse, dicens, opus Afri hominis, indicio est asparagus, quem Plinius Libycum, auctor nostrum vocat. — „Denique L. Apuleius Madaurensis vtiq. et de Aesculapio proprium librum scripsit, et serum habuit medicum (Apolog. I.) „et de piscibus multa inter quaestiones naturales protulerat, ut „omnino ab eiusmodi opere non alienus fuerit.“

ARATVS.

Aratus, Solensis, e Cilicia, sub Antigono Gonata Macedoniae Rege, circa Olymp. CXXIV. vt Suidas testatur. V. Ἀράτος. Scripsit Phaenomena, et Astronomica. De quo, litterato Orbi iam satis noto, plura congerere ineptum foret.

BERYTIVS.

Photius Berytum vocat Timem. 163. Male; nam Berytus Urbis nomen in Phoenicia sitae, quae, propter coloniam ab Agrippa Augusti genero illuc deductam, Felicis Iuliae nomen accepit. Forfan autem Hermippus, ex eadem vrbe oriundus, sub Berytii nomine latet; De quo Suidas: Ἑρμιππος, Βηρύτιος, ἀπὸ κώμης μεσογαίης, μαθητὴς Φίλωνος τῷ Βυβλίῳ, ὑφ' ἧς ὠκειώθη Ἑρηνίῳ Σευήρῳ, ἐπὶ Ἀδριανῷ τῷ Βασιλεῶς, ἐκδελος αὐτοῦ γένος· λόγιος σφόδρα, καὶ ἔγραψε πολλά. i. e. ex Neocori versione: Hermippus, Berytius, ex oppido mediterraneo oriundus, discipulus Philonis Byblii; qui Ei amicitiam conciliauit cum Herennio Severo, sub Adriano Imperatore. Hic quamuis genere Libertinus esset, tamen eruditus admodum fuit, et multa scripsit. In quo Suidae loco Ger. Io. Vossius, pro Ἑρηνίῳ Σευήρῳ, reponit Ἀρρίῳ Σευηριανῷ, qui consulatum gessit A. V. DCCCLXXXIV. Olymp. CCXXVII. sub Adriano. Hermippi huius Somniorum Historiae Lib. V. memorat Tertullianus Lib. de Anima, notante Vossio. Suidas etiam meminit Tauri Berytii, Philosophi Platonici, sub Antonino Pio, et Luperci Berytii, qui paulo ante Claudii tempora vixit, et scripsit de Pauone et Squilla, et de Gallo apud Platonem.

1. Est et medicus Berytius, vnde pharmacum Berytium dictum est apud Galen. κατὰ τόπον 4, 7. et 9, 5. Verum hic quidem vix alius quaeri aut admitti debet, quam Anatolius, de quo supra. Haec autem Halleri verba p. 142. „Est inter mulomedicos caput „Berytii de fugandis muscis“ non intelligo. Mulomedicos alias Tom. I.

Hyp.

Hippiatrica vocat. In Graecis autem hoc frustra quaeras. Forte *Ruellius*, qui vertit Latine, cuius editione ille vitur, ex *Geoponicorum* l. 13. c. 12. eo transtulit. Nisi tamen hic interpretes codicem habuerit vulgato plenior. Nostri autem oculos habuisse videtur *Palladius* 4, 10. 7. 6, 9. 1. etc.

CASSIANVS.

[Is esse videtur, per quem habemus *Geoponica*, de quo ante iam vidimus. *Niclas*.]

DAMOGERON.

[Nominis huius primae syllabae varie scribuntur, vt 2, 30. lectionis declarat varietas, vbi est *Damageron*, *Damegeron*, *Damogeron*, *Demegeron*, *Demogeron*. Apud *Apuleium* *Apolog.* p. 544. (in *vs. Delph.*) scribitur quoque *Damigeron* (Δαμηγέρον) qui Magus fuit, cuius et *Tertullianus* meminit *de anima* c. 57. p. 355. (*Rig.*) *Arnobius* L. 1. p. 31. (*Mair.*) et alii. Nempe pro δῆμος quidam dicunt δᾶμος. Sic in *Ciceronis Qu. Tuscul.* 5, 37. idem homo *Demetratus* et *Damaratus* est. Nostri consilia *Palladius* repetit 2, 15. 16. *sqq.* 11, 12, 3. 11, 14. 7. De ipso autem nihil constat. *Idem*.]

DEMOCRITVS. 2

Democritus, *Abderita* ab vrbe natali appellatus, *Hippocrati* et *Socrati* Philosopho aequalis, circa *Olym.* LXXX. Cognomento Γελασιῖνος διὰ τὸ γελῶν πρὸς τὸ κενόσπεδον τῶν ἀνθρώπων. Plurimum *Agriculturae* studio scriptis suis contulit, teste *Columella* Cap. 1. Pag. 12. et *Lib. XI. Cap. 3.* vbi librum *Democriti Georgicon* laudat. *Diogenes Laërtius*, in *Democriti Vita*, *Lib. 9. Pag. 575.* eius scriptis annumerat Περὶ Γεωργίας, ἡ Γεωμετρικόν. Quod, cum Doctissimo *Menagio*, legendum cenſeo ἡ Γεωργικόν. 2 Citatur etiam a *Palladio* *Lib. 1.* et a *Varrone*, sub nomine *Democriti Physici*, et a *Plinio* saepius. De eo *Suidas*: Δημόκριτος, Ἡγησιζεύτης, οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτης,

πρίτε, ἢ Δαμασίππε, γεγονώς, ὅτε καὶ Σωκράτης ὁ
 Φιλόσοφος, κατὰ τὴν οἰ. Ὀλυμπιάδα· οἱ δὲ κατὰ π.
 Φασιν· Ἀσθηρήτης. Et inferius; — γνήσια δὲ αὐτῷ βι-
 βλία εἰσι δύο, ὃ, τε μέγας διάκοσμος, καὶ τὸ περὶ φύ-
 σεως κόσμος. ἔγραψε δὲ καὶ Ἐπιστολάς. i. e. Democri-
 tus, Hegesistrati, vel (ut alii tradunt) Athenocriti, vel
 Damasippi filius: Vixit eodem tempore, quo et Socrates
 Philosophus Olympiade LXXVII. vel (ut alii volunt)
 LXXX. Abderita: Et inferius; Germani vero eius Li-
 bri sunt duo, magnus Diacosmus, et, de Natura Mun-
 di. Scripsit etiam Epistolas. Columella Libro XI, 3. 64.
 citat Democriti Librum περὶ Ἀντιπαθειῶν³ cuius ad
 exemplum Bolus Democriteus⁴ (si Nicandri⁵ Scholia-
 stae fides) Librum scripsit περὶ Συμπαθειῶν καὶ Ἀντι-
 παθειῶν. In quibusdam autem Bibliothecis⁶ latitant
 Democriti cuiusdam recentioris Chymica, et Physica, ex
 quibus deprompta fuisse arbitror omnia ista Physica ridi-
 cula, et Δημοκρίτεια Παράδοξα, quae in Geoponicis
 nostris hinc inde occurrunt.⁷ Cuius Democriti meminit
 Cl. Salmasius in Plin. Exercit.⁸ hisce verbis: Democri-
 tus quamvis subdititius sit, antiquum tamen esse oportet:
 quippe quem citari videam Synesio, Stephano, et Zosimo,
 Scriptoribus Chymicis, et inter praecipuos ac veteres il-
 lius Artis Auctores laudari. Columella⁹ p. 263. Doli
 Mendesii Aegyptiae gentis auctoris memorabilis Com-
 mentarios siue ὑπομνήματα laudat, quae sub Democriti
 nomine falso prodebantur. Vbi Reinesius,¹⁰ ex Suida,
 emendat Boli Mendesii.

1. De hoc Fabric. B. G. 2, 23, 5. Vol. 1. p. 802. sqq.

2. v. Fabric. l. l. p. 808.

3. v. Fabric. B. G. 4, 29. Vol. IV. p. 333.

4. De quo Fabric. B. G. 2, 13. Vol. I. p. 497.

5. Ad Ther. 764. p. 56. (Ald.) 51. (Col.) Sed utrobique men-
 dose Pwlos pro Bwlos legitur.

6. Quas apud Fabric. B. G. Vol. XII. p. 747. sqq. cognosces. coll.
 Ern. Sal. Cypriani Catal. Cod. MSS. Biblioth. Gothanae p. 87.
 sqq.

7. Fallitur V. D. Nam ille liber totus ad artem spectat Chemicam.
 Quae hic leguntur, non eiusdem generis sunt omnia. Quae-
 dam

- dam sine dubio aetatis sunt inferioris, et ab fraudatore Democrito antiquo supposita; velut 1, 12. multa 2, 42. 3. 13, 9. 6. 14, 5. ubi nomen ΑΔΑΜ fraudem aperit. Quaedam autem antiqua sunt, et forte genuina; tanquam 5, 4. quae eidem ab *Columella* 3, 12. 5. tribuuntur, et 1, 5, 3. quae *Plinius* quoque 18, 26. f. 62. *Democriti* nomine memorat: item 15, 7. 6. quibus *Athenaei* auctoritas fidem facit. Et huiusmodi esse puto pleraque. Sequiorem tamen aetatem sapiunt 9, 12. 10, 14. 15. 47. 60. 73. etc. Nempe diu est, cum liber, cui nomen τὸ Δημοκρίτου περὶ γεωργίας s. Γεωργικὸν inscriptum fuit, extitit, quem *Varro* 1, 1. 8. *Col.* 1, 1. 7. 11, 3. 2. et alias, laudant, quo et *Anatolius* apud *Photium* *Cod.* CLXIII. vsus est, et cuius haec sunt fragmenta. Vtrum Abderitanus philosophus eius auctor fuerit, et ab aliis quaedam subtexta sint; an vero confictus sit totus, ita tamen ut Democriti dogmata pro basi fuerint, N. L. Quin multa certe Democritea hic occurrant, nullus dubito. Hic tamen nescio an excipienda sint pleraque, quae libro XIII. et sequentibus, ubi de medicina agitur veterinaria, eius nomine prostant: cum *Bolus Mendesius* sub nomine Democriti falso de re pecuaria commenta prodiderit, de quibus *Col.* 7, 5. 17. Quod et de *Hippiatricis* valet, ubi eiusdem nomen occurrit. Nempe olim iam multi suos ingenii foetus illi supposuerunt, nobilitatis auctoritatisque eius perfugio utentes, ut *Gellius* inquit 10, 12. Adde *Plin.* 24, 17. 30, 1. et *Diog. Laert.* sub finem, ubi fraudes huiusmodi plures indicantur. Nostri *Palladius* meminit 3, 29. 1. 4, 10. 6. et 30. 12, 10. 12, 20. 3. etc.
8. p. 817. coll. p. 725. 807. 854. etc. Sed ibi sermo tantum est de *Democrito* chemico. Neque tamen de Geoponico aliter sensit, cui ib. p. 716. *Democritus subditivus*, p. 916. *suppositivus*, p. 917. *Pseudonymus*, et recens auctor, ac falso nomen *Democriti* praeferens, dicitur. Quibus iudiciis tamen omnibus modo illum confodit locum, qui hic 2, 6. 23. legitur. Sic quae 11, 16. *Democrito* tribuuntur idem *Homon.* p. 152. ei abiudicat. Bogdani vero argumentum, Abderitae Geoponica placita ad *Sim. Sethi* p. 167. ideo abdicentis, quod 10, 51. *Florentini*, Latini scriptoris testimonio vtatur, neminem commouebit, qui eorum recorderetur, quae supra contra *Hallerum* sunt disputata.
9. *L.* 7. c. 5. f. 17. coll. 11, 3, 53.
10. *V. L.* 1, 25. p. 122.

DIDYMVS.

Plures quidem a Veteribus numerantur *Didymi*,¹ de singulis autem differere nec vacat, nec nostri est instituti, *Grammaticis* utpote potius accensendis. Noster vero, *Didymorum* apud *Suidam* ultimus, genere *Alexandrinus* Libb. 15. de *R. R.* conscripsit, teste eodem *Suida*:

Suida: Δίδυμος, Ἀλεξανδρεὺς * Γεωργικὰ ἐν Βιβλίοις ¹⁶.²

1. De quibus *Io. Ionsius de SS. Hist. philos.* 3, 2. 5. et *Fabricius* ille incomparabilis in *B. G.*
2. Cum plantarum vires nouerit, vt ex 12, 28. apparet; cum inter veterinariae quoque medicinae scriptores occurrat; medicus fuisse videtur *Fabricio*, qui de ego agit *B. G. Vol. XIII. p. 141.* Ex nostro forte sapuit *Palladius* 4, 10. 23. 6, 8. 11, 21.

DIONYSIVS.

Cassius Dionysius Vticensis * ab vrbe natali nomen accepit; quem duodetriginta *Punicos Magonis* Libros de *R. R. Graeco* sermone donatos viginti Libris complexum esse, auctor est *Varro* Lib. 1, 1. 10. Et *Columella* 1, 1. 10. *Poeni Magonis Interpretem* vocat: *Plinius* etiam *Dionysio*, qui *Magonem* transtulit, se vsum esse saepius proficitur. Διονυσίῃς Πιζοτομικὰ citantur a *Stephano Byzantino* περὶ πόλεων V. *Ἰτύκη*, et a *Nicandri* Scholiaste ad *Theriaca*:² *Septimus* etiam *Liber τῶν Γεωργικῶν Διονυσίῃς τῇ Ἰτυκίῃ* laudatur ab *Athenaeo* Lib. 14. P. 648.

1. V. *Fabric. B. G. Vol. II. p. 802.* et *XIII. p. 143.*
2. *vs. 520. p. 46. (Ald.) 34. (Col.)*

DIOPHANES.

Diophanes, Bithynus, ex *Nicaea* vrbe oriundus, *Iulio Caesari* et *Ciceroni* aequalis, *Cassium Dionysium Vticensem* in sex Librorum Epitomen redegit. Ita *Columella* Lib. 1, 1. 10. Nam quidem *Diophanes Bithynius Vticensem* totum *Dionysium Poeni Magonis Interpretem*, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. *Eiusdem* meminit *Plinius* in *Indice* Lib. 8. et *M. Varro* Lib. 1, 1. 10. hisce verbis: *Hosce ipsos (Dionysii Libros) utiliter ad sex Libros redegit Diophanes in Bithynia, et misti Deiotaro Regi. Diophanem vero ipsum postea contraxit Asinius Pollio Trallianus, Timagenis successor.* ¹ *Photius*, in *Myriobiblo*,² citat Διοφάνης Παράδοξα.

1. *Suida* teste V. Παλίων.
2. *Cod. CLXIII.* Quae autem hic de *Paradoxis Diophrantis* autumat V. D. metuo ne fallatur. Multi quidem libros suos παραδόξα inscripserunt, de quibus *Cuperus Observatt.* 1, 4. p. 26. Extat et *Mich. Pselli* Liber MS. περί παραδόξων ἀναγνωσμάτων, cuius meminit *Lambec. Comment. de Bibl. Caes. L. VII. p. 200.* Sed hic propterea non puto titulum libri indicari, quoniam is, qui *Argumentum L. I. Georgicorum* praefixit, modo loquitur eodem: Συνέλεκται δὲ ἐκ τῶν Φλωρεντίνων — καὶ Ἀφρικανῶν παραδόξων. Nouem enumerantur auctores, quorum nullus forte librum hoc nomine edidit. Sed haec collecta sunt ex eorum libris de R. R. *celeberrimis.* Sic pariter apud *Photium Anatolii* collectio συνέθροισται ἐκ τε τῶν Δημοκριτέων — καὶ δὴ καὶ ἐκ τῶν Διοφάντων παραδόξων. Hoc enim sensu haec aetas nomen hoc usurpat. Vide ad 8, 25. 2. Porro caput de abigendis *scorpionibus*, quod *Hallero* teste p. 140. inter mulomedicos est, ex *Geoponicis* nostris 13, 9. illuc transtulisse videtur *Ruellius.*

FLORENTINVS vel FLORENTIVS.

Florentinus, vel *Florentius*, *Commentarios de Re Rustica* concinnauit, quorum meminit *Photius* in *Myriobiblo* Tmem. 163. Paucula etiam de eo affert *Ioach. Camerarius* in *Catal. Auth. R. R. Florentius*, siue *Florentinus*; scripsit de *Plantatione et Agricultura.* Citatur in *Geoponicis Constantino* adscriptis: et dicitur haberi in *Bibliotheca Vaticana.*¹ Probabile est, *Eum* vixisse circa *An. Christi* 218. sub *Macrino Imperatore*: *Africanus* enim *Geopp.* Lib. 9. Cap. 14. *Florentinum* laudat in Libro XI. *Georgicōn* suorum asserentem, se vidisse Ole-uuam arborem apud *Marium Maximum*, qui a *Macrino*, si *Dioni Cassio* fides, Praefectura *Vrbis* sub id tempus donatus erat.

1. Qui error supra expugnatus est. Sed Γεωργικὰ *Florentini*, vel ut *Photius* scribit *Florentii*, hic laudantur 4, 8. 9, 9. 14. 1. 10, 4. 4. 10, 51. 3. 10, 76. 10. Eiusdem nomen decurtatum Φλωργος in *Hippiatricis* 2, 85. p. 177. esse putat *Fabricius B. G. Vol. VI. p. 503.* Qua de causa, et quia hic *L. XII. saepius* medicinam facit, eundem in medicis reposuit idem *Vol. XIII. p. 161.* Nisi tamen veterinarius *Florus* ille sit, qui apud *Galenum* Aetiumque commemoratur, et qui forte *Auicennae Floris* est, de quibus ibidem agit *Vir immortalis.* *Hallerus* vero *Bibl. bot. T. II. p. 634.* *Florentinum* nostrum *Alexandri Seneri* amicitiae illigans aperte lapsus est. *Lampridius* enim, quem auctorem huius rei exhibet, in fine vitae illius de *Florentino* ICTo loquitur.

FRONTO.

FRONTO.

Suidas: Φρόντων· Ἐμισσηνός, ῥήτωρ· γεγονώς ἐπὶ Σευήρῃ τῇ Βασιλέως ἐν Ῥώμῃ. Ἐν δὲ Ἀθήναις ἀντεπαίδευσε Φιλοστράτῳ τῷ πρώτῳ, καὶ Ἀψίνῃ τῷ Γαδαρεῖ. ἔτελεύτησε δὲ ἐν Ἀθήναις περὶ ζ'. ἔτη γεγονώς. Et infra; — Ἐγραψε δὲ συχνὰς λόγους. Fronto, Emissemus, Rhetor, qui Romae vixit sub Seuero Imperatore. Athenis vero in docendo aduersatus est Philostrato primo, et Apfsini Gadareno. Athenis autem obiit annos fere sexaginta natus. Et infra; Scripsit autem multas orationes. Apfsytus Hippiatr. Cap. XIV. Καριζάνα Φρόντων; cuidam inscribit, et Cap. LXVIII. Φρόντων; Βαλ-λερῶ.¹

1. Frontones plures enumerat Fabric. Bibl. Lat. Vol. III. p. 746. et B. G. Vol. VI. p. 496. Noster vero iacet in tenebris, ex quibus nondum in lucem vocari quiuuit. Medicis eum addidit Fabric. B. G. Vol. XIII. p. 162. quo iure, nescio. Palladium quidem eius vestigia pressisse 11, 14. 9. putant; sed neque hoc ausim affirmare.

HIEROCLES.

De Hierocle nostro accurate satis Clariss. Pearsonius Episcopus Cestriensis in Prolegom. in Hieroclis Lib. de Pronidentia et Fato: In XVI. Geoponicorum Libro (inquit) tria capita sunt, quae Ήροκλέης nomen prae se ferunt: sed cum Liber ille XVI. ad rem veterinariam pertineat, Ήροκλέης legendum esse ostendunt Hippiatrica. Binos autem Libros scripsit Hierocles Περί τῆς τῶν ἵππων θεωρίας, ut Ipse testatur in Prooemio ad Lib. II. Hippiatricorum Cap. LX. eosque a Basso rogatus cum confecisset, Eidem postea dedicanit. Suntque hi duo Libri quasi fundamenta Collectionis Veterinariae, ad quorum formam methodumque reliquorum Epistolae aut Ἀποσπασμάτια redigi videantur. Fuit autem Hierocles ille non Ἴππιατρὴς, aut inter Equites Caesarianos in armis versatus, ut Apfsytus et Theonnestus, sed In-

risprudentiam coluit, et causis agendis in Foro operam dedit. Locuples ipse mihi testis in operis Prooemio: 'Αλλ' εἰ καὶ κατασκευῶν, etc. Quae περιεχῆ a Nobis supra adducitur sub initium Prolegomenων. ' Apfsyrto iunior videtur, Eum enim laudat in Hippiatricis Cap. LXVIII,

1. Adeatur et *Fabric. B. G. Vol. VI. p. 497.* qui eum ethnicum fuisse ostendit. Hunc illum esse Bithyniae primo Vicarium, tum eiusdem Praesidem, denique Alexandriae Praefectum, qui *Diocletianum* ad Christianos in Bithynia persequendos instigavit, cuius libros *Φιλαλήθης* inscriptos, refutavit *Eusebius Pamphili*, *Th. Reinesius* in *Eponymologico* apud *Valesium* *Emendat. p. 217.* autumat. Alii vero, velut *Pearsonius* et *Dacertius* ad *Hieroclem* in *aurea carmina*, *Fabricius B. G. Vol. I. p. 467.* etc. eos distinguunt ac separant.

HIPPOCRATES.

*Hippocrates, Cous, Medicinae Parens, Natus Olymp. LXXX. Herodici Selybriani discipulus: Inclaruit sub Artaxerxe Longiniano, cuius Epistola ad Hyftanem, vel Hiftanidem, Hellefponti Praefectum, qua Hippocratem Coum ad se mitti imperat, a Sorano, in vita Hippocratis, memoratur, et apud Suidam legatur. Noster autem Hippocrates, Coe isto aetate longe inferior, Veterinarius scriptor, laudatur a Cl. Salmafio in Libro de Homonymis Hyles Iatricae Capp. LVIII. et LIX. **

1. Ex *Apfsyrti* ad eum epistola in *Hippiatr. p. 70.* aetas eius constat. Ille enim, vt supra vidimus, *Constantini M.* tempore vixit.

I V B A.

Iuba, Iubae Regis Mauritaniae Filius, qui admodum puer captus est, et in triumpho ductus a Iulio Caesare, qui Eum omnibus ingenuis artibus et disciplinis imbui et ornari in tantum curavit, vt Plutarchus, in Caesaris vita, fortunatam et felicem ei fuisse Captiuitatem haud iniuria pronunciet, hisce verbis: Τότε καὶ Ἰόβας
ὕιος

υἱὸς ὧν ἐκείνης, κομιδὴ νήπιος, ἐν τῷ θριάμβῳ παρήχθη, μακαριωτάτην ἀλὲς ἀλώσιν, ἐκ Βαρβαρῶν καὶ Νομάδων, Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεύεσσιν ἐναγίδμος γενέσθαι συγγραφεῦσι. i. e. *Tunc et Iuba filius eius admodum puer in triumpho ductus est: Fortunata fuit ei Captivitas, qui inde ex Barbaris Numidis inter eruditissimos Graecorum Scriptores recensetur. Idem, in Sertorio, Iubam πάντων βασιλέων ἰσοκράτατον* appellat; et *Athenaeus* Lib. 3. πολυμαθέστατον. Optimis certe literis excultus multa scripsit, quae a *Veteribus* (praesertim *Plinio*) laudantur, et *Graecis*, et *Latinis*, ob insignem Eruditionis varietatem pariter nota. *Suidas* etiam: Ἰόβας, Λιβύης καὶ Μαυρυσίας ὁ βασιλεὺς, ἐν λαβόντες, καὶ ματιγώσαντες, ἐπ' ὁμπευσαν οἱ Ῥωμαῖοι. Et inferius: -- συνήμαξε δὲ αὐτῷ Δίδυμος ὁ Χαλκέντερος, ὁ καὶ πολλὰ γράψας κατ' αὐτὸ. Ἐγγράψε πάνυ πολλὰ. *Neocorus*: Iuba, Libyae et Mauritaniae Rex, quem Romani captum et virgis caesum in triumpho duxerunt. Et infra; — Eodem, quo Ille, tempore floruit *Didymus*, *Chalcenterus* dictus, qui etiam multa contra ipsum scripsit. Permulta scripsit. Citatur ἐν δευτέρῳ *Φθορέως* λέξεως (vt ex MSS. *Parisi*. restituit *Clariss. Neocorus*) apud *Suidam* V. Σκομβελισαί. Laudatur item a *Philostrato* in *Vita Apollonii Tyanensis* Lib. II. Cap. VI. et ab *Athenaeo* pag. 83. ἐν τοῖς περὶ Λιβύης συγγράμμασι. Conf. *Vossium* de *Histor. Graecis*. Vxor ei data fuit ab *Augusto* *Cleopatra* Σελήνη iunior, ex qua *Ptolemaeus* filium suscepit, utriusque *Mauritaniae* Regem: vt *Ger. Ioan. Vossius* notavit, ex *Dionis* Lib. LI. et LIII. *

1. De *Iuba* eiusque scriptis accurate differit *Sevinus* in *Commentariis Academiae Inscriptionum Regiae Parisi Gallice editis* T. VI. p. 144. seqq. Breuior est *Harduinus* ad *Plin.* p. 61.

LEONTINVS.

Leontinus, vel *Leontius*, a *Photio*, in *Myriobiblo*,¹ λέων vocatur. Forsan haud alius est a *Leontio Scholastico*,

fico, cuius Epigrammata in effigies *Callinici Cubicularii* et *Gabrielis Praefecti* hodie leguntur Lib. 4. *Anthologiae*. *Gabrielem* vero istum Praefectum sub *Iustiniano Principe* floruisse, testatur *Theophylactus Simocatta* (inquit *Faber* ²); sub id enim tempus *Ioannes Philadelphienfis Lydus* opera sua (vt *Suidas* ait) *Ei* inscripsit.

1. *Cod. CLXIII.* qui ei maximam tribuit auctoritatem. Quis autem fuerit nescitur, quod ipse quoque *Fabricius*, qui plures *Leontios* in *B. G. Vol. VII. p. 455. sqq.* recenset, *p. 460.* falsus est.
2. *I. A. Fabricius* in *Decade Decadum c. 100.*

NESTOR.

Nestor, Poëta, *Larandensis ex Lycia*, floruit sub *Alexandro Seuero*, et scripsit *Ἰλιάδα λειπογραμματον*, *Ἀλεξανδριάδα* a *Stephano Byzantino* laudatam, et *Alia* quaedam. *Suidas* haecce de *Eo* reliquit: Νέτωρ, Λαρανδεύς, ἐκ Λυκίας, ἐποποιός· πατήρ Πεισάνδρου τῆ ποιητῆς, γεγονώς ἐπὶ Σεβήρου τῆ Βασιλέως, Ἰλιάδα γραφάς λειπογραμματον, ἥτοι ἀπορριπτόν· ὁμοίως δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τρυφιδωρὸς ἔγραψεν Ὀδυσσεύαν. ἔστι γὰρ ἐν τῷ ἁ· μὴ εὐρίσκεισθαι α, καὶ κατὰ ῥαφωδίαν ἔτω, τὸ ἐκείνης ἐκλιμπάνειν σοιχεῖον. ἔγραψε δὲ Μεταμορφώσεις, ὥσπερ καὶ Παρθέnius ὁ Νικαεύς, καὶ ἄλλα. *Neocorus* vertit: *Nestor*, *Larandensis ex Lycia*, *Poeta Epicus*; *Pater Pisandri Poetae*, fuit sub *Imp. Seuero*; scripsit *Iliadem* literis quibusdam carentem. Eodem autem modo et *Tryphiodorus* scripsit *Odysseam*. Nam in primo Libro, qui inscribitur *A.* non reperitur *A*, et sic in caeteris *Rhapsodiis* illa litera, quae cuiusque Libri numerum notat, desideratur. Scripsit etiam *Metamorphoses*, ² vt *Parthenius Nicensis*; et alia. (Apud *Stephanum Byzantinum*, *Laranda* non *Lyciae*, sed *Lycaoniae* vrbibus annumeratur; *Λάρανδα, πόλις Λυκαονίας*.) Quibus annumeranda sunt eius *Ἀλεξίκεπος* et *Πανόικεια*, quae plus semel in *Geoponicis* nostris laudantur. Notandus autem est Error *Antonii Mizaldi*, qui, in *Prolegomenis*

nis ad *Alexicepum* suum, *Nestorem* nostrum cum *Nestore* illo *Troicis* temporibus celebrato incaute confundit. Vid. *Hesychium Milesium* V. *Νέστωρ*.

1. Quarum nonnullae forte hic leguntur. Vide quae ad 11, 2. divinauimus. Idem visum est et Cel. *Schneidero Peric. crit. in Anthol. p. 12.* atque Ill. *Hallero Bibl. bot. T. I. p. 47.* quem mox ad *Pamphilum* audiemus.

OPPIANVS.

Oppianus, Cilix, (teste *Suida*) Grammaticus et Poeta. Vixit sub *Antonino Caracalla*, (non *Philosopho*) Cui etiam *Ἀλειτουργικά* sua obtulit, vt *Vossio* et *Scaligero* placet. Scripsit autem *Ἀλειτουργικῶν* Lib. V. *Κυνηγετικῶν* Lib. IV. *Ἱερευτικῶν* Lib. II. Duo priora edidit, et doctis notulis illustrauit, ante annos centum *Conradus Ritershusius*.

PAMPHILVS.

Pamphilus, Grammaticus Alexandrinus, Aristarchi discipulus, ¹ seculo ante *Christum* secundo floruit: De quo optime *Galenus* in secunda Operum parte ² *Basileae* editorum ab *And. Cratand. 1538.* Οὗτω δὲ καὶ Πάμφιλος ἐποίησατο τὴν περὶ βοτάνων πραγματείαν· ἀλλ' ἐκείνος μὲν εἰς τε μύθους γραῶν τινὰς ἐξετράπετο καὶ τινὰς γοντείας Αἰγυπτίας ληρώδεις ἅμα τισὶν ἐπαρδαῖς, αἷς ἀναίρεμενοι τὰς βοτάνας ἐπιλέγουσι, καὶ δὴ κέχρηται πρὸς περὶ λήπτα καὶ ἄλλας μαγανείας, ἃ περιέγραψε μόνου, ἐδ' ἔξω τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ἀλλὰ καὶ ψευδεῖς ἀπάσας. Hoc est, *Gerardo Goudano* Interp. Nam et *Pamphilus* eum in modum tractatum de herbis composuit: Verum is ad fabulas aniles versus est, simulque praestigias quasdam Aegyptias deliras, iunctis nonnullis incantationibus, quas, cum herbas colligunt, admurmurant. Et sane vititur iis ad amuleta et incantationes non solum super.

superstitiosas, et a Medicina alienas, sed etiam falsas uniuersas. Et inferius: ³ Ἀλλὰ Πάμφιλος μὲν, ὥσπερ ἄλλοι πολλοί, χολὴν ἴσως ἦγεν ἀχρηστες μύθους ἐγγράφειν βιβλίοις. Hoc est: *Verum Pamphilo, sicut et plerisque aliis, otium fortasse supererat inutiles fabulas libris intexere.* Doctissimus autem Lambecius *Commentariorum* Lib. 2. *Suidam erroris grauissimi insinulat, quod Pamphilum Philosophum Platonicum, et Epicuri Praeceptorem, male confundat cum Pamphilo nostro Grammatico Alexandrino, et ex vno posteriori isto Duos confingat. Quem Suidas locum a Lambecio emendatum exscribere non pigebit:* Πάμφιλος, Ἀλεξανδρεὺς, Γραμματικὸς Ἀριστάρχου, ἔγραψεν εἰκόνας (Galenus *ιδέας* vocat) τῶν βοτανῶν κατὰ σοιχεῖον. Γεωργικὰ βιβλία γ'. Εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, καὶ τὰ καλέμενα Ὀφιακά. περὶ γεωφικῆς, καὶ ζωγραφῶν ἐνδόξων. Δειμῶνα· ἐστὶ δὲ ποικίλων περισχὴ γλωσσῶν ἥτοι λέξεων, βιβλία δέ. [male a Porto edita sē. cum Suidas ipse in Lexici initio testetur Zopyrionis et Pamphili Lexicon constituisse libris ἐννεμήκοντα πέντε] ἐστὶ δὲ ἀπὸ τῆς Ε' σοιχεῖς ἕως τῆς Ω. τὰ γὰρ ἀπὸ τῆς Α' μέχρι τῆς Δ ζωπυρίων ἐπεποιήκει. Τέχνην Γραμματικὴν. Τέχνην Κριτικὴν. Καὶ ἄλλα πλεῖστα γραμματικά. Hoc est; *Pamphilus, Alexandrinus, Grammaticus Aristarchus, scripsit [herbarum] imagines ordine alphabetico. De Re Rustica Lib. 3. In Nicandri loca non explicata, et ea quae vocantur Ophiaca. De Pictura et Pictoribus illustribus. Pratum; est autem collectio variarum Glossarum aut dictionum Lib. 95. Est autem ab E litera usque ad Ω. Nam ab A usque ad Δ Zopyrion composuerat. Artem Grammaticam. Artem Criticam; et alia plurima Grammatica. In hoc autem loco Lambecius male reponit Ὀφίωνικα, pro Ὀφιακά. Cui etiam se opponit clarissimus L. Neocorus, qui existimat opus Pamphili de Iconibus eiusdem fuisse argumenti, de quo scripti sunt duo libri Philostrati Περὶ εἰκόνων, hodie adhuc exstantes.* ⁴ Pergit Lambecius: — Quod superest, veri-

verisimillimum mihi videtur, omnes illas Poeticas Fabulas de diuersis Plantis, viz. de Olea, Lauro, Cupresso, Myrte, Pinu, Dendrolibano, etc. — quae in Geoponicōn Lib. nono et undecimo leguntur ex Pamphili Grammatici Alexandrini Opere Alphabetico de Herbis [a Galeno propter huiusmodi nugae haud iniuria reprehensio] desumptas esse, etsi illius nomen ibi non sit additum.⁵ Pamphilus etiam inter scriptores de Re herbaria numeratur ab Epiphanio, in Prooemio Librorum aduersus Haereses, et in Hippiatricis⁶ saepius laudatur. Pamphili cuiusdam Alexandrini, forte Nostri, opus περὶ Ὀνομάτων καὶ Γλωσσῶν laudatur ab Athenaeo Lib. IX.

1. Huic quidem Lambecius *Comment. de Biblioth. Caes. L. II. c. 7. p. 528* — 36. Geoponica addixit, at nulla ratione, inani nixus coniectura, quam ad Suidam obruit Kusterus; quem audire debebat Nerdhamus, non vana sequi auguria. Non Grammatico huic, de quo plura Fabric. *B. G. Vol. XIII. p. 356.* verum philosopho Suidas ea tribuit. Virum autem is sit Platonius ille, quem Epicurus Sami audiuit, vt Lambecio et Kustero placet, an vero alius, N. L. Noster certe ante Grammaticum vixisse videtur, quod ei primum locum assignauit Suidas. Comparet etiam apud Photium Cod. CLXIII.
2. *Simplic. VI. praefat. p. 68. pr.*
3. *p. 69. pr.*
4. Quam Kusteri sententiam alius eiusdem liber, περὶ γραφικῆς, καὶ ζωγράφων ἐνδόξων, tutatur.
5. Neque hoc veri est simile. Nam ille Pamphilus, de quo Galenus l. d. Οὗτος μὲν ἔγραψε βιβλία, πλῆθος ὀνομάτων ἐφ' ἐκάστη βοτάνῃ μάτην προτιθεῖς, εἰδ' ἐξῆς, ἃ τις αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπου μεταμορφῶν διηγέμενος, alius est, Grammaticus scilicet, non Philosophus. Contra de Nestore maxima est probabilitas. Idem Hallero visum est *Bibl. Bot. T. I. p. 47.* Ad Pamphilum refert Lambecius fabulas Geoponicorum Libri IX et XI. quae mihi Nestoris esse videntur, cuius similis fabula cum nomine citatur *L. XII. c. 16.*
6. Hoc quidem et Hallerus l. l. aliique perhibent: Sed videatur Fabric. *B. G. Vol. VI. p. 499.*

PAXAMVS.

Suidas: Πάξαμος, λόγιος, ἔγραψεν ἀφαιρτικὰ κατὰ σοιχεῖον. Βοιωτικὰ ἐν βιβλίοις β'. Δωδεκάτεχον, ἔτ,

ἐπὶ δὲ (Neocorus legit ἐστὶ δὲ) περὶ αἰχρῶν χρημάτων. Βαφικὰ βιβλία β'. Γεωργικὰ β'. Neocoro interp. Paxamus, *Vir doctus, scripsit de Arte Culinaris, ordine Alphabetico. Boeotica Lib. 2. Dodecatechnon, i. e. Duodecim schemas venerei congressus. De arte tindioria Lib. 2. De Re rustica Lib. 2.* Hic autem numerus τῶν βιβλίων Γεωργικῶν parum rectus videtur, nam in *Geopon. Lib. 10. Cap. 34.* Paxamus ipse laudat βιβλίον τρίτον *Georgicῶν* suorum, et Caput vigesimum septimum eiusdem Libri; quare reponendum apud *Suidam* Γεωργικὰ γ'. Paxamus etiam Culinariis Scriptoribus accensetur a *Iulio Polluce Lib. VI. Cap. X.* Et *Athenaeus* illius meminit *Lib. IX. Pag. 376.* Πλὴν ὁ ἐμός γε συγγραφεὺς Πάξαμος τῶν Ἰσικίων μέμνηται, — Caeterum *Isidorum* meminit Paxamus meus scriptor. Inter Graecos de *Re Culinaris* Scriptores numeratur a *Columella Lib. XII. Cap. IV.*

PELAGONIUS

Pelagonius, scriptor incertae aetatis, saepius in *Hippiatricis* laudatus. ¹

1. Eius frequens quoque mentio est apud *Vegetium*.

PHILOSTRATUS

Philostratus a *Geopp.* Collectore laudatur ἐν τῷ Ἰσογικῷ, quod forte referendum ad *Philostratum Lemnium* iuniorē, qui *Apollonii Tyanensis* vitam nobis reliquit; De quo *Suidas*: Φιλόστρατος, Φιλοστράτης, τῷ καὶ Βήρῃ, Δημῶν σοφιστῇ, καὶ αὐτὸς δεύτερος σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις, εἶτα ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Σεβήρῃ τῷ Βασιλέως, καὶ ἕως Φιλίππου. Et inferius; [Ἐγραψεν] Ἀπολλωνίου βίον τῷ Τυανέως ἐν βιβλίοις ἡ. Porto Interp. *Philostratus, Philostrati* (qui et *Verus* dicebatur; potius qui et *Veri Filii*) *Lemnii sophistae filius, et ipse secundus sophista,*
qui

qui primum Athenis, deinde Romae docuit, sub Senero Imperatore, usque ad Philippum. Et inferius; Scripsit Apollonii Tyanensis vitam, Libris octo. Photius in Bibliotheca Tmem. 44. Tyrium vocat, Eusebius contra Hieroclem, Atheniensem.*

1. At cum in hac Apollonii vita aliquid tale non inueniatur, aliud esse debet: ille forte historicus, cuius mentio est apud Iosephum Antiqu. 10, 11. 1. Φιλόστρατος ἐν ταῖς Ἰνδικαῖς αὐτῆ καὶ Φοινικαῖς ἱστορίαις, μεμνημένος τῆς Τυρῆ πολιορκίας: et apud Syncellum Chronogr. p. 221. Συμφωνεῖ δὲ αὐτῇ καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις. Hic autem miro errore lapsus est praestantissimus vir Ger. Jo. Vossius de Hist. Gr. 2, 15. p. 235. Apud Flavium Iosephum, dicens, — tractat Philostratus. Non cogitavit vir πολλῶν ἀντάξις ἄλλων, Flauium Iosephum, qui Flauio Philostrato pene duobus saeculis anteiuit, (nam alter Vespasiano eiusque filiis imperantibus historias condidit, alter vero Iuliae Domnae Augustae, quae Seneri coniux fuit, iussu vitam scripsit Apollonii) huius quidem Philostrati mentionem inferre non potuisset.

PTOLEMAEVS.

Suidas: Πτολεμαῖος, ὁ Κλαύδιος χρηματίσας, Ἀλεξανδρεὺς, Φιλόσοφος, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Μάρκου τῷ Βασιλέως. ἔτος ἐγγραψε μηχανικά βιβλία γ'. περὶ Φάσεως καὶ ἐπισημασιῶν ἀστέρων ἀπλανῶν βιβλία β'. ἀπλωσιν ἐπιφανείας σφάιρας. Κανόνα πρόχειρον. Τὸν μέγαν ἀστρονόμον ἦτοι σύνταξιν, καὶ ἄλλα. i. e. Ptolemaeus, Claudius dictus, Alexandrinus, Philosophus, tempore Marci Imperatoris. Hic scripsit tres Libros Mechanicos. De ortu et significationibus stellarum fixarum. Planisphaerium. Canonem expeditum. Magnum opus Astronomicum, seu syntaxin: et alia. Quibus annumerentur Tres libri Harmonicorum, qui sub Claudii Ptolemaei nomine primum in lucem protracti fuerunt Oxonii A. D. 1682.

QVINTILII.

Gordianus, aut Condianus, et Maximus, Quintilii Fratres, Georgiῶν scriptores, circa Imperat. Commodi
tem-

tempora, a quo occisi fuerunt, vt liquido satis constat ex *Xiphilino Epitomatore Dionis Cassii* Pag. 819. Ἐφ' ουσε δὲ καὶ τὰς Κυντιλίδας, τὸν τε Καρδιανόν, καὶ τὸν Μάξιμον. Μεγάλην γὰρ ἔχον δόξαν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐπὶ στρατηγίᾳ, καὶ πλῆτῳ. Ἐκ γὰρ δὴ τῶν προσόντων σφίσιν ὑπώπτευντο καλῶν, εἰ καὶ μηδὲν νεώτερον ἐνενόον, ἀχθεσθαι τοῖς παρῶσι. Καὶ ἔτως αὐτοὶ, ὥσπερ ἔζησαν ἅμα, ἔτω καὶ ἀπέθανον μεθ' ἑνὸς τέκνους. διαπρεπέστατα γὰρ [τῶν] πώποτε ἐφίλησαν ἀλλήλους, καὶ ἐκ ἐξιν ὅτε ἐδὲ ἐν ταῖς ἀρχαῖς διεχωρίσθησαν. Ἐγένοντο δὲ καὶ πολυκτῆμονες καὶ παμπλῆστοι, ἡρχόν τε ὁμῶς καὶ παρηγερευον ἀλλήλοις. *Insuper occidi iussit Cardianum et Maximum Quintilios: qui et eruditione, et scientia Rei militaris, concordiaque et opibus percelebres erant. Hi enim etsi nihil moliebantur noui, tamen existimabantur, propter ea quae ipsis aderant bona, statum rerum, qui tunc erat, dolere. Et sic Illi, vt simul vixerunt, ita et mortui sunt cum vnico filio. Inter eos enim, qui vnquam exsistere, mutuus amor horum illustris fuit, neque seiuncti erant vnquam in gerendis Magistratibus. Erant quoque locupletes et praediuites, ac praeerant simul Prouinciis, et simul assessorum munere fungebantur. Nec a re nostra prorsus alienum erit Doctissimi Reinesii¹ de hisce Quintiliis Fratribus iudicium, αὐτολεξεῖ exscriptum, subiungere.* „Traditur (inquit) Commodus occidisse et-
„iam τὰς Κυντιλίδας τὸν τε Καρδιανόν καὶ τὸν Μάξιμον,
„qui et doctrina et scientia Rei militaris, concordiaque,
„et opibus erant illustres. Fratres hos fuisse, qui simul
„Anno V. C. 904. [*Heluicus et Eusebii Chronicon* 903.]
„Consules simul ab Imperat. Marco bello Scythico prae-
„fecti, simul τὰ Γεωργικὰ, quae relata sunt in *Eclogas*
„Rei Rusticae, scripserant, plane adsentimur Viris do-
„ctis: Et cum Consulum eorum alterutri, consentiente
„omnium tam Graecorum quam Latinorum Faistorum scri-
„ptura, nec ipso Casaubono uestio, Sextus Gordianus
„nomen fuerit; Cur patiemur τὸ Καρδιανὸς, vt edidere
apud

„apud Dionem, τὸ Κορδιανὸς, quod frustra asseruit Casaubonus, adprobavit Salmasius notis ad Lampridium, τὸ Cocidianus, ut in Lampridii Commodo, τὸ Condianus, ut in Codice Palatino est, corruptum illustrissimè Viri nomen nobis obtrudi? Fasti Graeci Siculi, quibus vnus nititur Casaubonus Edit. Ingolstad. Anno 1615. Pag. 602. Κορδιανὸν καὶ Μαξιμόν, ubi K pro Γ typonum vitio irrepfit. Eusebius Μαξιμόν καὶ Κορδιανὸν appellat istos e Quintiliis Fratres Coss. a Commodo strangulatos, et alterum anno ante Obitu M. Antonini Philosophi Consulem cum Bruttio Praesente Κορδιανὸν, qui Fastis Latinis Quintilius Gordianus.“ A Reinesii autem sententia discrepant Viri Maximi Casaubonus et Salmasius, quibus suffragatur Doctiss. Gul. Wottonus (in Vita Commodi), qui notat in Theonis Fastis a Dodwello² Editis bis scribi Κορδιανὸς, A. C. CLI. et CLXXX. et Quintilii nomen ideo Condianus fuisse, non Gordianus. Wottoni partibus fauet Car. du Fresne in Notis ad Chronicon Paschale, in quo scribitur A. C. CLI. Κορδιανὸς καὶ Μαξιμός. Et A. C. CLXXX. Περσέως καὶ Κορδιανός. Ad priorem locum haec habet Du Fresne: Κορδιανός] Editio Scaligeri Κορδιανός. Fasti alii Gordianum vocant: sed Condianus rursus occurrit A. C. 180. in Fastis Idatii et Cuspiniani: cuius filius forte fuit Sextus ille Condianus sub Commodo, quem Maximi filium ait Dio apud Xiphilinum. Condiani vero (sic enim pro Cocidiani recte aduertunt Casaub. et Salmasius) meminit Lampridius in Commodo, ita ut forte Condianus Maximus appellatus fuerit. Vid. Wottoni Notas in Commodi vitam.³ Quintiliorum meminit Hierocles in prooemio Hippiatricῶν Pag. 4. Καὶ ἐν τοῖς Κвинтилиоῖς δὲ Γεωργικοῖς εὐραμέν τινι τῶν ἱππέων ἱππον ὑπηρετηκότα τὸν αὐτὸν παρ’ ὅλον τὸν τῆς στρατείας χρόνον, ἐτῶν ἑφεξῆς πέντε καὶ ἑξοσι. Hoc est: Adhaec in Quintiliis, qui Georgica scripserunt, eundem equum inuenimus cuidam equiti toto stipendiorum faciendorum curriculo per quinque et viginti

ginti annos suffecisse. Quintilios etiam indicare videtur Athenaeus Lib. 14. Pag. 749. Οἱ δὲ τὰ Γεωργικὰ συγγράψαντες Ἀδελφοὶ ἐν τῷ τρίτῳ γράφουσιν ἕτως, καὶ τὴν μελίαν, καὶ τὴν τέρμινθον, ἃ δὴ νῦν πιζάκια οἱ Σύροι καλεῖσιν. Id est, *Authores Georgicorum Fratres Libro 3. ita scribunt, Et Fraxinum, et Terebinthum, quae Syri nunc vocant Pistacia.*

1. *Var. Lest. p. 337.*

2. In *Appendice ad dissertationes Cyprianicas.*

3. Quintilios fratres Anno V. C. 903. (al. 904.) post N. C. 151 (al. 154.) consulatum gessisse, monumenta antiqua magno consensu affirmant. Sed nomen alterius variat. Κορδιανῆ καὶ Μαξιμῆ exhibet *Chronicon Alexandrinum*: Μαξιμος καὶ Κορδιανὸς audiunt in *Eusebii Chronico Canone* p. 213: Gordianus et Maximus in *Cassiodori Chronico*, cui consonant *Fastii Latini Oxonienses* ab Hadr. Relando bis, ut statim indicabo, publicati, et *Fastii Capitolini Onuphrii Panvinii*, ubi nomina scripta sunt plenissime: Sex. Quintilius Gordianus et Sex. Quintilius Maximus. At in *Fastis Siculis Sylburgii* p. 36. item in *Ἐπιτομὴ χρόνων*, quam Scaligeri *Thes. temporum* exhibet p. 270. annus designatur Κορδιανῆ καὶ Μαξιμῆ: et Κορδιανὸς καὶ Μαξιμος in *Fastis*, quos Theonis nomine Dodwellus edidit; Hadr. autem Relandus tum in fratris Petri Relandi, tum in *Almeloueenii Fastorum Consularium* Appendice rectius *Fastos Florentinos* minores inscripsit. Ab Maximo et Condiano hic annus etiam nomen habet in *Fastis Consularibus* Anonymi *Vindobonensis*, quos Norisius post *Annum Syromacedonum* protulit. Quam scripturam denique lapis sic inscriptus, SEX. QVINTILIO. CONDIANO. SEX. QVINTILIO. MAXIMO COSS. et hoc saeculo prope Gibraltariam inuentus, probat planissime: unde illam Dionis quoque editio *Reimariana* merito recepit, quae omnino euoluatur p. 1207. cuius notae variaeque lectiones huc spectant. Eadem tamen varietas iterum obtinet in *Fastis* ad A. V. C. 932. cuius Consules fuerunt L. Fulvius Brutus Praefens II. et Sex. Quintilius Condianus, ubi denuo monumenta inter Gordianum et Condianum diuisa sunt in P. Relandi *Fastis Consul.* p. 53. Quam varie autem Quintilii nostri Graece scribantur, hic videbis ad 2, 14. 3. Porro M. Antonini Philosophi auspiciis bellum contra Scythas gesserunt, provinciasque Achaia Pannoniamque una rexerunt. Eorum nomen Pandectis quoque intextum esse alii iam obseruauerunt. Vid. Reimar. i. d. Salmasius vero *Observ. ad ius Atticum et Rom.* p. 370. illud ibidem alio loco sibi visus est inuenisse.

SOTION.

Sotion, Philosophus, de quo *Diog. Laërtius* Lib. 10. Segm. 4. Καὶ Σωτίων ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν ἐπιγραφόμενων Διοκλείων ἐλέγχων, ὅς ἐστι περὶ τῆς κδ'. ἐπιστολῆς. Ita legit *M. Meibomius* pro α' ἐστὶ. i. e. Et *Sotion* in duodecimo eorum, quae inscribuntur *Dioclis* argumenta [*Meibomius*, redargutiones], quo agit de vigesima quarta epistola. Eundem esse putat *Ionsius*,¹ qui *Alexandrinus* dicitur; cuius opusculum περὶ Ποταμῶν edidit *Henr. Stephanus*, et *Photius* Tmem. 189. se legisse prodidit: Ἀνεγνώδη Σωτίωνος τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογεμένων. i. e. Legi quae *Sotion* sparsim incredibilia de fluviis, fontibus, et lacubus referri scripsit. Cl. *Ger. 10. Vossius*² eum sub *Tiberio* vixisse autumat, ex *Plutarchi Alexandro* Pag. 699. ubi *Sotionis* cum *Potamone Lesbio* [quem circa *Tiberii* tempora floruisse, auctor *Suidas*] differentis de *Bucephala* et *Perita* meminit: Τέτο δὲ Σωτίων Φησὶν Ποτάμωνος ἀκούσαι τῷ Λεσβίῳ. i. e. Id *Sotion* a *Potamone Lesbio* se audivisse narrat. Scripsit *Διαδοχὰς*, ut indicat *Eunapius Sardonianus*; et περὶ *Τίμωνος σιδῶν*, quorum *Athenaeus* meminit; et alia quaedam eius opera laudat *Stobaeus*, Praeterea [inquit *Vossius*] mentio eius fit in *Geoponicis Constantino* dictatis. Cauendum autem, ne *Sotionem* hunc *Veterem* cum recentiore quodam confundamus, nam Ἰννελα, vox sequioris Graecitatis, sub *Sotionis* nomine legitur *Geopp.* Lib. 9. Cap. 27. Nisi forte inferioris cuiusdam scriptoris fragmentum istī Capiti inferciatur.

1. De SS. Hist. philos. 2, 10. 1. Sed de *Ionsio* et *Vossio* quae perhibet, vana sunt. Illi etiam τῶν διαδοχῶν, et τῶν Διοκλείων ἐλέγχων, et libri περὶ τῶν Τίμωνος σιδῶν auctorem *Ptolemaei Epiphani*s; alterum vero, qui de *Alexandri* vita et de fluviis exposuit, *Tiberii Augusti* temporibus assignant. At *Needhamus* hic omnia turbat. Sed ibidem plures enumerantur *Sotiones*. Nec dum omnes sunt. Nam medici quoque eo inclaruerunt nomine. Noster autem quis fuerit N. L. Ne *Vossius* quidem aliquid statuit, ut falso dicit *Anglus*. Nam modo inquit: *Fit*

et *Sotionis mentio in Geoponicis*. Nostrum medicum fuisse, *Fabricii B. G. Vol. XIII. p. 427.* hariolatio est satis incerta. Verbo, nihil audeo affirmare, nisi hoc; *Sotionem Geoponicum* vnum modo fuisse, non duo aut plures adeo. Eum post *Anatolium* scripsisse inde probabile est, quod ille suis in *Geoponicis* apud *Photium Cod. CLXIII.* eius non meminit. *Sotionem* vero aetate antecessisse *Palladium* ex huius *L. III. c. 30.* lucet clarissime. Reliqua ignorantur.

2. *De Histor. Gr. 2, 7.*

TARENTINVS.

Hic iterum mihi haeret aqua dubitanti, vtrum sub *Tarentini* nomine lateat *Archytas Tarentinus*, (*Varro Pythagoreum* vocat) quem *Agriculturae* studio aliquid contulisse, auctor est *Columella Lib. I.* an *Heraclides Tarentinus*, Medicus Empiricus, *Manteae Herophilei*, qui Medicinam rationalem amplexus est, discipulus: De quo plurima apud *Galeum* reperire licet; qui *Heracledem Antonio Musa*, *Augusti* Archiatro, superiorem facit, et de eius transitu ad *Seculam Empiricam* agit, in *Libro sexto de Compositione Medicamentorum* secundum partes. Illius etiam meminerunt *Athenaeus*, et *Diogenes Laertius*: Hic sub finem *Lib. 5.* ubi inter illustres eius nominis Viros nonus est *Ἡρακλείδης Ταρεντίνος, ἰατρός, ἐμπειρικός*. Iste autem *Libro secundo Pag. 64.* *Περὶ γεωφῆν Συμποσίων* ab *Heraclide Tarentino* conscriptam laudat. Medicis annumeratur a *Cornelio Celso Lib. 1.* et Botanicis Scriptoribus ab *Epiphanio*, et *Dioscoride*, in *Prooemio Libri primi*. Ab *Hierocle* etiam laudatur *Ταρεντίνος* in *Prooemio Hippiatricorum Pag. 4.* *Ταρεντίνος δὲ ἰσορεῖ τὸν τῷ Διὸς νεῶν κατασκευάζοντα Ἀθηναίῳς Ἐνεακρῆνὲς πλησίον εἰσελαθῆναι ψηφισαδά τα ἐκ τῆς Ἀττικῆς εἰς τὸ ἄστυ ζεύγη σύμπαντα*. Hoc est, Interp. Ruëllio Sueffionensi: *Tarentinus* author est, cum *Aedem Iouis Athenienses* [in arce] proxime *Enneacrumum* conderent, decreto quodam edixisse, vt omnia iugalia *Attici agri iumenta* in oppidum (vrbem) agerentur. Quid restat, nisi vt in *Lambecii* sententiam descendamus, qui

qui omnia ista Excerpta, quae in *Geopp.* nostris *Tarentini* nomine praefixo leguntur, *Heraclidi* huic *Tarentino* asserit Lib. 2. Pag. 550. Quod reliquum est (inquit), minime mihi dubium videtur, quin per *Tarentinum*, cuius varia fragmenta *Imp. Constantini Geoponicis* inserta sunt, haud alius, quam *Heraclides ille Tarentinus*, de quo hactenus egi, intelligendus sit.²

1. Hoc quidem haud dubium est, nostrum *Tarentinum* non esse *Tarentinum Archytam* illum, qui *Platonis* fuit aequalis. Nam noster 20, 6, 3. *Paxamum* legit et *Manethonem*, *Ptolemaei Philadelphi* aetate clarum scriptorem. Forte etiam *Oppianum* 20, 10. Nam quae a c. 7. sequuntur, *Tarentini* esse videntur omnia.
2. Idem quidem et *Fabricio B. G. Vol. VI. p. 500. et p. 509. item Vol. XIII. p. 430. vbi p. 177.* de eo plura dixit, visum est: Sed sine vlla ratione. Non puto hic *Tarenti* ciuem aliquem indicari: Sed *Tarentinus* videtur nomen esse proprium, vt *Florentinus*. Sic quoque *Suidas*: Ταγαντινος, ὄνομα κίριον. Noster is est, quem *Anatolius* legit, quod *Photius l. d.* docet, qui ei locum dat post *Africanum*. Eum quoque in consilio habuit *Palladius* 12, 19. 12, 20. 1. 12, 21.

THEOMNESTVS.

Vnus ex *Hippiatricis* Scriptoribus; et Quidam eodem nomine insignitus a *Plinio* laudatur in *Indice Libri* 33. Doctiss. *Pearsonius* asserit,¹ *Nostrum* inter *Equites Caesarianos* in armis versatum: quibus vero argumentis sententiam suam adstruere potuisset, non indicat.²

1. In *Prolegom. ad Hieroclem*. Vide supra *Hierocles*.
2. Neque enim hoc dixerat. Nempe id de *Apsyrta* modo valet: de *Theomnesto* vero, illum fuisse *Hippiatrum* ex professo, qualis etiam hic apparet.

VARRO.

M. Terentius Varro, *Romanorum* omnium longe doctissimus, cuius de *Re Rustica* Libri tres, et de *Lingua Latina* opus, ad nos peruenerunt. Scripsit etiam *Antiqui-*

tiquitates in duas partes diuifas, *De rebus admirandis*, auctore Nonio, et multa alia. ¹

1. Haec quidem de *Varrone*, qui hic 1, 1. 2. Βάρων ὁ Ῥωμαῖος et 15, 2. 21. Βάρων, ἐν Ῥωμαίᾳ γλώσσῃ, nuncupatur. Quae satis indicare videntur, his in libris alium quoque *Varronem* partes agere, et forte priores. Nam puto saepius Graecum *Varro-nem* hic loqui, quam Romanum. Is fortassis est *Tyrannius Varro*, ad quem *Apsyrti*, *Constantini M.* castra secuti epistola extat in *Hippiatricis* p. 37. quae sic incipit: Τυραννίῳ Βάρωνι χαίρειν. Conferantur etiam quae ad 12, 16. 1. annotaui. *Varroni* certe Graeco, quisquis est ille, deberi videntur omnia, quae apud Romanum non apparent, hoc est, pleraque. Nam *M. Terentii Varronis* rerum rusticarum libri non tam neglectui fuerunt antiquitati, vt tam magnam illorum partem interire passa sit. Et sane multa sunt eiusmodi, quae ille dicere neque potuerit, neque vero voluerit, quia non erant sui propositi.

VINDANIONIVS.

Vindanionius, a *Photio* vocatur *Vindanius*, ¹ Scriptor *Ruflicus*, nomine tantum notus.

1. Et ita hic quoque 2, 16. eum codices appellant *Palatini*. Reliqua vide supra ad *Anatolium*.

ZOROASTRES.

Suidas: Ζωροάστρης, Περσομήδης, σοφὸς παρὰ τῆς (Cl. *Neocorus* supplet ἄλλος) ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ. ὃς καὶ πρῶτος ἤρξατο τῶν παρ' αὐτοῖς πολιτευομένων ὀνόματος τῶν Μάγων. ἐγένετο δὲ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι Φ. Φέρεται δὲ αὐτῷ περὶ φύσεως βιβλία δ'. περὶ λήθων τιμίων ἐν. ἀστροσκοπικά. ἀποτελεσματικά βιβλία ε'. Sensus est; *Zoroastres*, *Persomedus*, caeteros *Astronomos* scientia superans, qui etiam fuit primus auctor *Magorum* nominis apud ipsos recepti. Fuit autem annis 500. ante Bellum Troianum. Circumferuntur eius Libri quatuor de *Natura*. De lapillis pretiosis vnus. *Praedictiones* ex inspectione stellarum. *Apotelesmaticorum* libri quinque. Haec *Suidas*. Quis autem sub *Zoroastris* nomine in

in *Geoponicis* nostris deliteat, haud ita liquet; fidem certe oppignerare ausim, *Persomedum* istum non esse. ¹

1. *Fabric. B. G. L. I. c. 36. 5. T. I. p. 245.* „Suidas illi tribuit
 „ἀποτελεσματικὰ ἀποτελεσματικὰ libros quinque, ex quibus de-
 „prompta esse videntur quae ex Zoroastre petiit collector *Geopo-*
 „nicon non tantum *L. I. c. 10. et 12. sed et L. II. c. 13. et L. V.*
 „*44. L. VII. c. 5. 6. II. L. X. c. 83. L. XI. c. 19. L. XIII.*
 „*9. et 16. et L. XV. c. 1. et Plinius L. XVIII. c. 24.* Neque
 „enim necesse est ut cum Lambecio *Prodr. Hist. liter. p. 85.*
 „singulare fingamus Zoroastris opus de re rustica, cuius nemo
 „veterum meminit, neque Plinius Zoroastrem de agricultura
 „scripsisse dicit, quanquam id affirmat Thomas Hyde *p. 340.*
 „Et tamen si libros illos Apotelesmaticos genuinum Zoroastris opus
 „volum praestare, nihil tamen evincit argumentum Lambecii
 „*p. 83. et 88. etc.* Persam certe ubique argumentum indi-
 „cat magicum et astrologicum, quibus artibus Persiae antiquae
 „progeniem in India hodiernum esse deditissimam, peregrinato-
 „res, et in his Cel. Niebur *Itiner. P. II. observant.* Quaedam
 „harum nugarum forte satis antiquae sint: sed de principe illo
 „Zoroastre, de quo cum alias multi; tum vero nuper triumviri
 „clarissimi d'Anquetil, pluribus libris; Abbas Foucher in
 „*Vol. XXXIV. des Memoires de Litterature tirés des Registres*
 „*de l'Academie Royale des Inscriptions et belles Lettres; et Goet-*
 „*tingae Cel. Meiners Commentationum Societ. Reg. scient. per*
 „*an. 1778. recitatarum p. 705.* nouo studio commentati sunt,
 „hic nemo cogitabit. Nam Zoroastris nomen multi adsciuere,
 „qui astrologiae et magiae se tradiderunt. Neque ea quae hoc
 „nomine hic leguntur omnia eiusdem hominis esse videntur,
 „licet forte vno contenta fuerint volumine. Quaedam v. c. 10,
 „83. 15. 1. etc. aperte post CHRISTVM natum sunt conscri-
 „billata. Vtrum Palladius 7, 9. Zoroastrem hunc spurium, an
 „vero alium Graeculum putet, equidem dubito, ita tamen, ut
 „animus magis inclinet in posterius. Zoroastris codicem de Ca-
 „niculae ortu, et de praecognitione eorum, quae ex ipsa contin-
 „gunt, qui in Escorialensi Bibliotheca habetur, supra, cum de
 „Geoponicis MSS. agerem, mihi illorum partem videri, iam
 „sum professus. Alius vero de viribus herbarum liber MS.
 „quem sub eiusdem nomine in Bibliotheca Arabico-Hispana
 „Escorialensi Mich. Casiri describit, forte libri Zend est pars.
 „Certe apud Th. Hyde *Relig. vet. Pers. p. 340. Liber 20. est Me-*
 „*dicorum Liber, sc. eorum munus docens et herbarum vires ex-*
 „*ponens.*

